

Jahresbericht

über das

Königliche Katholische Gymnasium

zu Braunsberg

in dem Schuljahre 1860—1861,

mit welchem zu der

am 8. und 9. August stattfindenden öffentlichen Prüfung der Schüler und Entlassung der Abiturienten

ergebenst einladet

der Direktor der Anstalt

Professor J. J. Braun.

Inhalt: 1. Wissenschaftliche Abhandlung „de collocatione verborum apud Thucydidem observationes."
2. Schulnachrichten.
} Beides vom Direktor.

Braunsberg.

Gedruckt bei C. A. Heyne.

De collocatione verborum apud Thucydidem observationes.

In lingua et graeca et latina penitus perdiscenda verborum collocationem dignam esse, quae diligentissime observetur, nemo est qui non intelligat. Verba enim modo sic modo aliter inter se consociata alium sermoni inducunt colorem, plurimumque ad perspicuitatem vigoremque dicendi valent verba suo quaeque loco pronuntiata. Si igitur recte voluerimus loqui et scribere vel latine vel graece, necesse nobis erit, quo veteres usi sint observare verborum ordinem et illorum consilio et auctoritate niti. Etsi vero verbis demum apte recteque inter se copulatis vera efficitur orationis concinnitas, in qua innata illa cernitur linguae indoles, apud grammaticos tamen et veteres et recentiores, in quo firmiter consistamus, invenimus usquequaque nihil. Quare qui de collocatione verborum sive apud Romanos sive apud Graecos scripturus est, ei latus quidam in quo excurrat vastusque ostenditur campus. Est sane perquam difficile suasque habet salebras rem ad firmam certamque revocare regulam aut immutabilem reperire normam, ad quam omnia exigantur. Ut enim in quavis lingua varium in modum verba inter se invicem subjiciuntur, ita Graeci pro ea qua excellentes fuerunt sentiendi cogitandique celeritate modo hanc modo illam verborum inter se construendorum secuti sunt rationem. Quae quidem varia orationis conformatio neminem offendet, qui meminerit, quam varia sit ac multiplex ratio et cogitandi et cogitata verbis proferendi. Alio enim loquendi genere utimur modo contracto atque contorto modo diffuso ac pellucido, quum animus affectuum motibus perturbatus cogitandi rationem ac viam perspicuitatemque dicendi assequi nequit, atque quum omni perturbatione vacuus res ipsas contemplatur. Nec eundem orationi inducere possumus colorem, quum irascimur et laetamur, quum lugemus et timemus neque quum alia quapiam animi commotione abripimur aut in malo versamur, quem solemus, quum nobiscum ipsi taciti res reputamus nihilque nos omnino perturbat molestiamve affert. Inde factum est, ut Graeci etiam orationem saepenumero ad sententiae rationem, non ad grammaticam constructionis subtilitatem composuerint. Etenim Graeci tanta aurium sagacitate tantoque pulchri honestique sensu viguerunt, ut quod verbum in sententia gravitate emineret, illud suo loco a ceteris discernerent atque adeo verba suavi modulatione temperata, numerosa ac sonora inter se invicem connecterent. Vehementer tamen erraverit, si quis Graecis in verbis inter se trajiciendis tantam fuisse licentiam judicet, ut nullis omnino legibus adstricti fuisse videantur. Quas autem rationes in eo secuti fuerint, difficile est ad eloquendum, sed satis erit intelligi. Qui enim illud vere senserit atque intellexerit, is facile rectam sibi sapiet viam, etsi legem quam sequatur neque ipse plane noverit nec alios poterit docere. —

Quod quamvis verum sit, certae tamen reperiri possunt analogiae, quas Graeci secuti sunt, certaque consilia, quibus in sermone suo conformando ducti fuerunt, quorum cognitio necessaria videtur esse, si quis scriptores graecos recte intelligere et ad indolem linguae ipsam sibi viam praemunire voluerit. In addiscendis cognoscendisque autem his analogiis sive legibus fontes ipsi adeundi et ex his regulae petendae sunt; nam quae de ea re Grammatici in commentariis suis tradiderunt, ea neque semper satis firma atque explicata sunt et saepius falsa. Ut autem forma ceteraque figura in hominibus aliis alia est, sic non eadem est omnium oratio. Tum demum igitur, si omnes scriptores graecos diligenter perscrutati fuerimus, fieri poterit, ut leges firmae ac constantes constituantur. — Equidem quum nuper Thucydidis belli peloponnesiaci historias evolverem, collocationi verborum Thucydidiae observandae explorandaeque potissimum animum adjicere statui, ut si fieri posset certas quasdam firmasque leges, quibus in verbis inter se consociandis ille usus esset, mihi indagarem indagatasque componerem. Sed semel atque iterum ab „exquisitis Thucydidis et obscuris abditisque sententiis" excutiendis idem abii qui veneram. Quoties enim constantem quendam usum deprehendisse mihi visus fueram, toties rursus, quum alias sententias diversum in modum conformatas legissem, in errorem me abductum esse sentiebam. Ex iis tamen, quae pro certis satisque exploratis stabiliri posse videantur, particulas tantum quasdam, quum tempore et loci inopia plura non liceat, deligam, quae hac scribendi occasione oblata in lucem emittam, quumque hoc mihi observasse viderer, saepenumero ea, quae a Grammaticis nostris de Attributo graeco quod dicunt praecipiuntur, aut cum scriptorum locis non congruere aut ad explicandum, cur vel hoc vel illo verborum ordine scriptores usi sint, non sufficere, faciendum mihi putavi, ut prius de genitivorum cum nominibus suis conjunctione, tum de adjectivi attributivi quod dicitur vi ac natura paulo accuratius uberiusque dissererem.

Caput I.

Ac primum quidem de genitivorum collocatione Krüger Gr. Gr. §. 47, 9. Anm. 9 docet haec: „Der possessive Genitiv kann seiner adjektivischen Natur halber zwischen den Artikel und das regierende Substantiv eingeschoben werden oder ihm folgend dessen Artikel wiederholt vor sich haben" (es folgen die Beispiele). Eodem loco Anm. 10: „Eigentlich mehr partitive Bedeutung hat der Genitiv, wenn er entweder vor dem Artikel steht oder ohne Wiederholung des Artikels nach dem Substantiv eintritt: partitive Stellung." Ex his Krügeri praeceptis quid sibi discipulus sapiat non potui exputare. Num ulla cogitari potest vis partitiva in his: *τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος* Thuc. 1, 29, 2. *περὶ τὸν τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ μαντείου τοῦ Ἀπόλλωνος* 4, 118, 1. *ὁ νεὼς τῆς Ἥρας* 4, 133, 1. Thucydides enim hoc loco enarrat, eadem aestate Argis templum Junonis flammis absumtum esse. *ὁ τῆς Ἥρας νεὼς* scripsisset, si indicare voluisset, Argis ceterorum quidem deorum templis servatis omnibus unius Junonis aedem incendio conflagrasse, id quod a re erat alienum, quum Junonis templum Argivis ita esset primarium, ut aliorum templorum auctoritas praeter illius religionem plane evanesceret. Nec parum refert, utrum *ὁ Ἀθηναίων δῆμος* dicas an *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων*. Nobis igitur in his structuris explicandis paulo accuratius erit versandum.

Genitivorum igitur cum regimine suo quadruplex est conjunctio. *ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος, ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, τῶν Ἀθηναίων ὁ δῆμος, ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων.* De singulis hoc loco disputabitur.

§. 1. ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος. 4, 46, 2. Genus revocatur ad speciem et verbis sic consociatis indicatur, de Atheniensium non aliorum plebe agi. Atheniensium igitur plebs aliorum plebi opponitur. Quidquid autem opponitur, id aut in iis quae vel praecedunt vel sequuntur a scriptore ipso indicatum legitur: ἐς τὴν βασιλέως γῆν 2, 48, 1. sequitur ἐς Αἴγυπτον. ὥστε οὐ κατὰ τὴν τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς χρείαν — αὕτη ἡ δύναμις φαίνεται 2, 62, 3. copiae navales opponuntur domiciliorum agrorumque possessioni, quam parum dignam esse ait, quae cum copiis navalibus comparetur. μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας 2, 69, 1. animo obversatur ἡ Λακεδαιμονίων ξυμμαχία. θύσας ἐν τῇ Πλαταιέων ἀγορᾷ 2, 71, 2 in Plataeensium potissimum foro, non in foro unius ex ceteris sociis. ὁ Κνῆμος καὶ Βρασίδας καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Πελοποννησίων στρατηγοί 2, 86, 4. Opponitur Atheniensium dux Phormio. κατεστήσαντο γὰρ τοὐναντίον τῆς Περσῶν βασιλείας 2, 97, 4. τὰ κατὰ τὴν Σιτάλκου στρατείαν 2, 101, 4. opp. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι. οἱ τοῦ δήμου προστάται 4, 66, 2. opp. amici optimatium, et loco eodem πρὸς τοὺς τῶν Ἀθηναίων στρατηγούς, quibus duces exulum opponuntur. ἐκ τῆς Βοιωτῶν γῆς 4, 98, 5. opp.: οὐ γὰρ ἐν ἐκείνων ἔτι εἶναι: jam esse suam terram non Boeotorum. ἀποφαίνειν τὰς μὲν Μυτιληναίων ἀδικίας ὠφελίμους οὔσας, τὰ δ' ἡμέτερα ξύμφορα 3, 38, 2. — aut si minus oppositio verbis expressa est, tamen scribentis animo facile obversatur: ὁ δὲ Φορμίων δεδιὼς καὶ αὐτὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν ὀρρωδίαν 2, 88, 1. sentiebat Phormio optimam esse rei gerendae occasionem, sed a militum pavore metuebat. Τιμοκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος — ἔσφαξεν αὑτὸν καὶ ἐξέπεσεν ἐς τὸν Ναυπακτίων λιμένα 2, 92, 2. ubi erant Athenienses, non in Panormi portum, ubi Lacedaemonii constiterant.

a. Si nomen illud, ex quo genitivus pendet, suum habet attributum, hoc genitivum praecedit: ἐς τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα 3, 59, 1. ἐς δὲ τὰ κοινὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια 3, 65, 1. Ἱππίαν τὸν ἐν τῷ διατειχίσματι Ἀρκάδων ἄρχοντα 3, 34, 3 οἱ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Λακεδαιμονίων πρέσβεις 4, 16, 3. οἱ ἐπὶ τῆς πρώτης νεὼς ἐκπεμφθέντες Μυτιληναίων πρέσβεις 3, 8, 1. τοὺς ἐκ τῆς Τενέδου Μυτιληναίων ἄνδρας 3, 35, 1. αἱ ἐκ τῆς Κυλλήνης Πελοποννησίων νῆες 3, 76, 1. οἱ δὲ περὶ Πείσανδρον Ἀθηναίων πρέσβεις 8, 56, 1. οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ ναυτικῷ στρατιῶται 8, 78, 1. κατὰ τὸν ἐπὶ τὴν Μίλητον τῶν Ἀθην. ἐπίπλουν 8, 83, 1. Δεμοσθένην τὸν ἐς τὴν Αἰτωλίαν Ἀθηναίων στρατηγήσαντα 3, 105, 3. τῆς ἐπὶ Κρήναις Ἀκαρνάνων φυλακῆς 3, 106, 2. Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Θρᾳκῆς Μενδαίων ἀποικίαν 4, 7, 1. sic 4, 102, 1. 4, 8, 1. 4, 105, 1. ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς ἐν τῷ ὄρει τῆς Ἰστώνης Κερκυραίων καθιδρυνομένους 4, 46, 1. τῇ κατὰ γῆν Λακεδαιμονίων ἰσχύϊ 4, 122, 3. 4, 65, 4. τὸ νικῶν τῶν Ἀθηναίων κέρας 4, 96, 4. οἱ αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων ξυμπράσσοντες 3, 36, 4.

b. Quae vero ad rem ipsam intelligendam minus necessaria tantummodo indicant vel tempus, quo quid factum sit, per quod quid valuerit, vel aliud quiddam, quo quid restringatur, quo quid referendum sit, ea post genitivum inferuntur. τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας — οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι 2, 44, 1. Non qui nunc eorum parentes sunt opponuntur majoribus; nam sic debebat esse τοὺς νῦν τῶνδε τοκέας; sed est potius: nunc vos parentes illorum — volo consolari. αἰσχυνθέντας οὖν τάς τε τῶν Ἑλλήνων ἐς ὑμᾶς ἐλπίδας 3, 14, 1. ἡ τῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῷ παρόντι κακοπραγία 4, 79, 2. μετὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐς τὴν νῆσον διακομιδήν 3, 76, 1.: ἐς ὑμᾶς, ἐν τῷ παρόντι, ἐς τὴν νῆσον, haec verba si abessent nemo desideraret. πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον 1, 41, 2. Aeginetarum bellum opponitur huic

quod Thucydides scripsit bello peloponnesiaco; bellum autem illud ante aetatem persicam gestum esse, omissis etiam verbis *ὑπὲρ τὰ Μηδικά* quisque historiarum non ignarus intellexisset. *σφαλέντες τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε* 3, 43, 7 illius sententiam qui vobis persuasit punitis, non omnium, qui in eam discesserunt. *τὴν τῶν Ἀθηναίων ἐκ πολλοῦ ἐμπειρίαν* 2, 85, 2. *τῆς σφετέρας δι᾽ ὀλίγου μελέτης* 2, 85, 2. *πρὸς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων τὸ πρῶτον ἀρχομένου τοῦ πολέμου ξυμμαχίαν* 3, 86, 1.

§. 2. Jam ad illam quam in quadripartita nostra constructione alteram posuimus partem transeamus: *ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων.* Prius diximus genus revocari ad speciem, nunc nobis dicendum erit, genus opponi alteri generi, veluti si *ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων* opponeretur Atheniensium optimatibus. Rem exemplis illustrabo: *Φωκέων στρατευσάντων ἐς Δωριᾶς τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν* 1, 107, 1. Indicatur, Doriensium urbem metropolim esse Lacedaemoniorum; animo autem scribentis obversantur Athenienses, de quibus paulo ante sermo fuerat. At vero: *ξυνεπρεσβεύοντο δὲ αὐτοῖς καὶ Δωριεῖς ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων* 3, 92, 2. Enarratur, Trachinios legatos misisse Lacedaemonem simulque cum illis etiam Dorienses idque eo magis quod ipsi essent eorum metropolis; gravissima igitur sententiae vis in voce metropolis inest: ob illud ipsum, quod quasi Lacedaemoniorum patres essent, Trachiniorum legationem ipsi prosequebantur. Nominis proprii vis ita evanuit, ut loco ejus liceret pronomine uti. Exemplorum, quibus hanc rationem Graecos in ea re secutos esse evincitur, innumerabilis legitur numerus neque attinet ea hoc loco cumulare. Equidem unum et alterum afferam, ut res magis etiam in aperto sit: *ἡ ἐξ Ἰλίου τῶν Ἑλλήνων ἀναχώρησις* debebit dicere, qui de Graecorum ex Troja reditu aliquid memoriae prodere voluerit. Si quis vero, ubi jam prius multa de rebus a Graecis ad Trojam gestis et de tristissimo calamitosi illius belli exitu enarravit, deinceps ad reditum Graecorum transiturus hunc fuisse infaustissimum significare voluerit, ei non licebit eodem verborum ordine uti, sed illa vox potius, quae gravitate praeter ceteras eminet, loco etiam distinguenda erit, id quod vere fecit Thucydides scribens: *ἡ ἀναχώρησις τῶν Ἑλλήνων ἐξ Ἰλίου* 1, 12, 1. *οὐκ ἐπείθοντο ὥστ᾽ εὐθὺς ἔργου ἔχεσθαι καὶ ἰέναι ἐς τὰς οἰκίας τῶν ἐχθρῶν* 2, 2, 4. non erat iis persuasum, ut statim rem gererent (hostes conciderent) et in aedificia hostium irrumperent. Hostes non erant in viis; fores aedificiorum infringendae erant. *οἰόμενοι πύλας τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι* 2, 4, 3. hoc loco non licebat aliter verba construere, quin sententia mutaretur. *ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων — ξυγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων πασῶν καὶ τοὺς μάλιστα ἐν τέλει* 2, 10, 2: tribunos militum et centuriones, non milites ipsos. *ἀλλὰ διὰ τὸν πόλεμον ἡ ἀνάγκη τῆς οἰκήσεως* 2, 17, 2. quia praecedebat *ἐνοίκησις*, in voce *ἡ ἀνάγκη* omne ponendum erat pondus. *ἔστε τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως καὶ τἆλλα οἰκοδομήματα* 2, 13, 3. *προὐχώρει δὲ αὐτοῖς οὔτε ἡ αἵρησις τῆς πόλεως οὔτε τἆλλα τῆς παρασκευῆς* 2, 58, 2. *τὸν δῆμον τῶν Μυτιληναίων* 3, 47, 2. opp. *οἱ ὀλίγοι. τοῖς δυνατοῖς τῶν ἀνθρώπων* ibid. *Ἱπποκράτης ὁ στρατηγὸς ἐπιπαριὼν τὸ στράτευμα τῶν Ἀθ. παρεκελεύετο* 4, 94, 2. Hippocrates Atheniensium dux erat nec potuit apud alium exercitum concionari. *φυγὴ καθειστήκει παντὸς τοῦ στρατοῦ τῶν Ἀθηναίων* 4, 96, 4. antea jam pars exercitus rejecta fuerat. *ὅτι οὐ δικαίως δράσειαν παραβαίνοντες τὰ νόμιμα τῶν Ἑλλήνων* 4, 97, 2. vis omnis inest in substantivo. *ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται* 2, 35, 2. in quo vel fidem facere hominibus rem veram esse difficile est. *οἱ μὲν ὁπλῖται τῶν χαλκιδέων — νικῶνται, οἱ δὲ ἱππῆς*

τῶν Χαλκιδέων καὶ ψιλοὶ νικῶσι τοὺς τῶν Ἀθηναίων ἱππέας καὶ ψιλοὺς 2, 79, 3. in altera parte Athenienses recte opponuntur Chalcidentibus.

a. Ex his facile intelligitur, figurae illius, quam grammatici dicunt ἓν διὰ δυοῖν, hanc esse propriam verborum structuram: τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης 2, 59, 2. i. e. ἡ ὀργιζομένη γνώμη. τὸ μὲν βουλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης 1, 90, 2. ἐν τῷ διαλάσσοντι τῆς γνώμης 3, 10, 1. ἐκ τοῦ πολυτρόπου τῆς γνώμης 3, 83, 2. et similiter: τῷ εὐπρεπεῖ τοῦ ἐκείνου λόγου 3, 44, 2. ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν 2, 49, 4. ἡ ἀπορία, quae quidem inde nascitur, quod aegrotus caret quiete: inopia quietis eadem est ἀπορία. Die Noth, nämlich die Ruhelosigkeit. τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας 3, 83, 3.: Die überschwängliche Umwandlung der Gedanken. τὴν εὐπορίαν τοῦ καθ' ἡμέραν 3, 82, 2. Die tägliche Behaglichkeit. τὴν εὐπορίαν τῆς τυχῆς 3, 45, 4. τὸ ξυγγενὲς τοῦ ἑταιρικοῦ 3, 82, 5. consanguinitas. ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου 3, 83, 1. jam non sperandam fidem. φθονήσαντες τῆς οὐ βεβαίου δοκήσεως τῶν κερδῶν 3, 43, 4. invidentes non amplius sperando emolumento. τῷ τιμωμένῳ τοῦ ἄρχειν 2, 63, 1. ex imperio proficiscens auctoritas.

b. Eadem ratio in genitivi qui dicitur partitivi structura obtinet. Si de majore aliqua vel maxima parte agitur, minoris vel minimae partis cogitatio per se animo obversatur. Unde factum est, ut haec propria hujus genitivi sit collocatio, nisi causa mutationis sive trajectionis subest, de qua infra disputabitur: τὸν πλεῖστον τοῦ βίου 1, 5. 1. τὰ δὲ πολλὰ τοῦ πολέμου 2, 13, 2. οἱ πλείους τῶν ἀρχαίων 2, 16, 1. ἔςτε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν 2, 89, 7. πρὸς τὰ ὑπόλειπα τῶν ἔργων 3, 10, 1. οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων 4, 127, 2. οἱ ἀπρεπές τι πάσχοντες τῶν ἀνθρώπων 3, 67, 3. ἐν τοῖς πρώτοις τῶν ἠπειρωτῶν 4, 105, 1. οἱ φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους 3, 37, 3. similia. — Substantivum πλῆθος, multitudinem sive magnum numerum significans, sive secum habet articulum sive non habet, genitivus semper subsequitur: ὅτι τὸ πλῆθος τῶν νεῶν ἐφοβοῦντο 2, 88, 1. sic. 2, 89, 1. bis. 3, 70, 3. 4, 78, 3. 4, 105, 1. 4, 125, 1. 4, 106, 4. 5, 16, 2. 6, 30, 1. 7, 14, 6. 8, 81, 1.*) — A constanti hoc usu Thucydides quatuor tantum locis recessit: ἀναστήσαντες δὲ αὐτοὺς οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλακὴν 1, 126, 6. τοῖς τῶν ἐναντίων πρώτοις προσκεισομένοις 4, 125, 3. οἱ πρὸς τὴν πόλιν αὐτῶν τὸ πρῶτον καταφυγόντες 6, 102, 1. οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει 8, 90, 1. cf. Krüger Gr. Gr. 47, 9, 11.

c. Verbis ad eam rationem inter se junctis quum genitivus non ita magnam in sententia vim haberet et plerisque locis genitivi loco etiam liceret pronomine uti, factum est, ut exempla haud rara legantur, in quibus genitivus de quo agitur aliis verbis ad sententiam illustrandam gravioribus interjectis a nomine ex quo pendet sejungeretur: τοὺς ἄνδρας οὓς εἶχον αἰχμαλώτους Βοιωτοὶ Ἀθηναίων 5, 42, 2. τῇ δὲ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ξυνέβη τῆς μάχης ταύτης 5, 75, 3. ὁ δὲ Γέτα τό τε τεῖχος ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν ἑλὼν 7, 2, 3. τὸ κῆδος Πανδίονα ξυνάψασθαι τῆς θυγατρός 2, 29, 3. τοὺς ἐμπόρους οὓς ἔλαβον Ἀθηναίων καὶ — 2, 67, 4. nec est quod

*) Numerum si significat aliam sequitur regulam: 5, 68, 1 et 2. τὸ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων πλῆθος διὰ τῆς πολιτείας τὸ κρυπτὸν ἠγνοεῖτο, τῶν δ' αὖ: wie groß die Zahl der L. sei, konnte man nicht wissen.

praeeunte Krügero genitivum cum relativo conjungendum censeas cf. Krüg. ad l. l. et Gr. Gr. 47, 9, 5. *ὥςτε καὶ τοὺς προτέρους στρατιώτας νοσῆσαι τῶν Ἀθηναίων* 2, 58, 2. *ὅτι αἱ νῆες ἐν Κερκύρᾳ ἤδη εἰσὶ τῶν Πελοποννησίων* 4, 2, 3. *καὶ προσβολαί, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων νεῶν* 3, 1, 1. *ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη Ἀθηναίων* 2, 1, 1.

§. 3. Jam structura, de qua deinceps dicturi sumus, inversio sive trajectio quaedam est alterius, de qua modo explicavimus: *τῶν Ἀθηναίων ὁ δῆμος*. Genitivi enim ratio nonnunquam ea est, ut gravitas ipsa, quam in sententia habet verbum in genitivo positum, per se exigat, ut genitivus cum emphasi quadam praeripiatur et locum ante nomen suum, unde pendet, sibi vindicet. Hoc fieri solet

aut ob oppositionem: *τοὺς νησιώτας τέ που ἀνάρκτους — καὶ τοὺς ἤδη τῆς ἀρχῆς τῷ ἀναγκαίῳ παροξυνομένους* 5, 99, 1. *τῇ μὲν τύχῃ — — τῆς δὲ δυνάμεως τῷ ἐλλείποντι* 5, 104, 1. *ἄπειροι — τοῦ μεγέθους τῆς νήσου καὶ τῶν ἐνοικούντων τοῦ πλήθους* 6, 1, 1. *δείσαντες τήν τε τοῦ τείχους ἀσθένειαν καὶ τοῦ στρατοῦ τὸ πλῆθος* 5, 61, 4. *ἐπὶ μὲν τὸν Πειραιᾶ οὐκ ἔτι — ἐπὶ δὲ Σαλαμῖνος τὸ ἀκρωτήριον* 2, 93, 3. *καὶ μόνοι οὐ τοῦ ξυμφέροντος μᾶλλον λογισμῷ ἢ τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ* 2, 40, 4. *ὅπερ δὲ ἀναγκαῖόν τε — λόγου τελευτᾶν, διότι καὶ τοῦ βίου ὁ κίνδυνος ἐγγύς* 3, 59, 3.

aut iis locis omnibus, ubi nos, ut eandem illam gravitatem acuamus, vel praepositionem ponere solemus, vel etiam dativum vel alia quaedam: was nun — betrifft, von, bei, in*). Si quis Graecorum opes opponere voluerit opibus Aegyptiorum idque fieri ipso verborum ordine indicare, ei ad hunc modum erit dicendum: *τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα* 1, 110, 1. sequitur paucis vocibus interjectis: *Αἴγυπτος δέ*. Sin vero aliis rationibus adducti legentium animos ad Graecos potissimum advertere voluerimus, ita tamen ut nulla alia gente comparata quibus rebus ipsi excellentes fuerint indicemus, hic de quo nunc agitur verborum ordo deligendus erit. *τούτου — σαφῶς δηλωθέντος ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα ἐγένετο* 1, 74, 1. in navibus potissimum apud Graecos opes sitas esse. *καὶ τῶν Ἠλείων ἡ πολλὴ ἤδη στρατιὰ προσεβεβοηθήκει* 2, 25, 4. von den Eleern. *ὧν Ἀθηναῖοι αἰσθόμενοι καὶ βουλόμενοι προκαταλαμβάνειν τῶν πόλεων τὰς ἀποστάσεις* 1, 57, 4. Urbes Atheniensium curam movebant; urbes volebant antevertere ne desciscerent. Den Städten das Abfallen. *καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν* 2, 15, 2. in den übrigen Städten. *οἱ δὲ προσεδέξαντο ὁρῶντες μὲν τῆς στρατιᾶς τὴν ταλαιπορίαν — ἀναλωκυίας τε ἤδη τῆς πόλεως δισχίλια τάλαντα* 2, 70, 2.

---

*) Graeci similem quendam dicendi usum sequuntur, ut verba *ὑπερβατῶς* ante articulum praerepta a nomine suo dirimant. *κατὰ τὴν ἄλλην πυρείαν ἡ σχολαιότης* 2, 18, 2. pro *ἡ κατὰ τὴν α. π. σχολαιότης*. *ὧν καθ' ἡμέραν ἡ θέρψις* 2, 38, 1. *πάλιν ἡ ἀποκομιδή* 1, 137, 4. (contra *τῆς πάλιν καταβάσεως* 7. 44, 8. *τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν* 7, 66, 3) — *καὶ Λακεδαιμονίοις μὲν — ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας τοῖς τἀκείνων ἑπομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν* 2, 7, 2. pro *τοῖς ἐξ Ἰταλ. κ. Σ. τ'. ἑπομένοις*. *καὶ ὁρῶντες ἡμῶν ἤδη τήν τε παρασκευὴν καὶ τοὺς λόγους* 1, 82, 3. Nec dispari ratione: *ταῦτα τοὺς ξυνδράσοντες* 6, 64, 5. *ἔπεμψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γύγγυλον φέροντα αὐτῷ* 1, 128, 4. Krüg. Gr. Gr. 50, 10, 1. Matthiae Gr. §. 275 adn. 2 et §. 570. *πολὺ δὲ ἐπὶ ἀληθεστέραν γε σωτηρίαν ἡμεῖς ἀντιπαρακαλοῦμεν* 6, 86, 3. *πολὺ δὴ ἐν πλείονι αἰτίᾳ* 1, 35, 2. *ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον* 3, 46, 4.

was das Heer betrifft die schwere Mühe. Causa, qua exercitus labores cum civitatis ipsius exhaustis viribus comparantur, chiasmatica illa verborum collocatione magis profertur. Simili ratione *τοῦ τε Πανάκτου τῇ καθαιρέσει — καὶ πυνθανόμενοι* 5, 42, 3. *Λακεδαιμονίων τε οἱ ξεναγοὶ ἑκάστης πόλεως* 2, 75, 2. ex Lacedaemoniorum partibus urbium sociarum duces. *τοῦ Ἀχελῴου τῶν ἐμβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι* 2, 102, 3. insulae haud longe ab Acheloo sitae ubi ille in mare effunditur. *τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων καὶ ἐπιβολάς* 2, 49, 3. von ganz dünnen Tüchern den Ueberwurf. *ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς* (am Kopfe) *θέρμαι ἰσχυραὶ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα καὶ φλόγωσις ἐλάμβανε* 2, 49, 1.

aut denique si duo vel plura nomina inter se excipiunt et copulis quibusdam conjuncta unam quasi seriem efficiunt, antithetica illa constructio exigit, ut genitivus partitivus regimen suum praecedat. Quod constructionis genus solenne est, quum de duobus vel pluribus nominibus idem edicitur. Si Thucydides dicit: *οἱ μὲν Μακεδόνες καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων* 4, 125, 1. non est: Macedones et maxima pars barbarorum. Hoc enim si voluisset dicere, scribendum fuit ex regula, quam modo diximus: *οἱ μὲν Μακεδόνες καὶ τῶν βαρβάρων τὸ πλῆθος* cf. 4, 100, 4.; sed significabat potius ingentem barbarorum multitudinem: die Barbaren in ihrer Gesammtmasse; multitudinem, qua continebantur barbari universi; nulla in genitivo inest partitio. *τοῖς πολεμίοις καὶ τοῖς ἀπὸ Σικελίας καὶ τῶν ξυμμάχων ἔτι τοῖς πλείοσιν ἀφεστηκόσιν* 2, 65, 8. *σφαλέντες δ' ἐν Σικελίᾳ ἄλλῃ τε παρασκευῇ καὶ τοῦ ναυτικοῦ τῷ πλείονι μορίῳ* 2, 65, 8. *τῶν δὲ φρουρῶν οἱ μὲν ἐπέθανον, διακόσιοι δὲ ἐλήφθησαν, τῶν δ' ἄλλων τὸ πλῆθος — ἀπεκομίσθη* 4, 100, 4. *ἀπέθανον δὲ Βοιωτῶν μεν — ὀλίγῳ ἐλάσσους πεντακοσίων, Ἀθηναίων δὲ — πολὺς ἀριθμός* 4, 101, 2. *ἔχων τὸν στρατὸν ἐπὶ τῶν νεῶν τῶν τε Ἀκαρνάνων καὶ Ἀγραίων καὶ — τετρακοσίους ὁπλίτας* 4, 106, 3. 1, 97, 1. Genitivus saepe aliis verbis interjectis a nomine suo dirimitur: *τῶν δ' ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάψει* 2, 41, 2. his verbis excipiuntur, quae praecedunt: *ὅστις ἔπεσιν. διότι τοῦ μὲν λυποῦν ἔχει ἤδη τὴν αἴσθησιν. — τῆς δὲ ὠφελίας ἄπεστιν ἔτι ἡ δήλωσις* 2, 61, 2, *ὥςτε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι ὅτι μᾶλλον ἐκάκωσεν τὴν δύναμιν* 3, 87, 1. *τῶν δ' ἄλλων Ἀθηναίων βραδυτέρα ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος* 4, 8, 1. *καὶ τοῦ Κλέωνος, καίπερ μανιώδης οὖσα, ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη* 4, 39, 2. *ἔστι δὲ τῶν χρημάτων ἀπὸ τῶν ξυμμάχων ἡ πρόσοδος* 3, 13, 5. *καὶ αὐτῶν τῶν οἰκιῶν καθαιροῦντες τὴν ξύλωσιν* 2, 14, 1.

§. 4. *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων.* Quum in prima quam tractavimus verborum constructione genus ad speciem vocari, in altera vero genus ipsum alteri generi oppositum esse appareret, tertia denique genitivi cum nomine suo conjunctio alterius verborum ordinis esset inversio sive trajectio, hic quartus de quo nunc agendum est locus simplicem habet explicatum. Hic enim neque duo inter sese excipiunt genera neque genus ad partem redit, sed notio aliqua ponitur per se ipsa satis nota, quae non indigeat ulla latiore explicatione. Nexus enim sententiarum ita est comparatus, ut si scriptor *ὁ δῆμος* ponit, nemo ignoret, significari Atheniensium populum. Scriptor tamen ut omnem effugeret obscuritatis suspicionem, addito genitivo rem ipsam planius etiam sibi definiendam describendamque putavit. Ad idem redit, quod Apollonius *συντ.* 1, 40. ait: *τῶν δύο ἄρθρων δύο ἀναφορὰς δηλούντων.* Exempla hujus constructionis rariora leguntur: *ἀναβὰς δὲ στρατιᾷ Ἀθηναίων τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν καὶ τῶν ξυμμάχων* 2, 69, 1. 2, 102, 1. nulli alii aderant Athenienses praeter navales illas copias. De his igitur solis sermo esse potest nec quisquam

verba τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν, si omissa essent, desideraret. Posuit scriptor per abundantiam quandam. ἐγένετο δὲ ἡ ἀρχὴ ἡ Ὀδρυσῶν 2, 97, 1. In iis, quae praecedunt de Odrysis quaedam enarrantur, ita ut hoc loco imperium illud de quo agitur unum Odrysarum poterat esse. Nec aliter res comparata est in his: οἱ ἱππῆς οἱ τῶν Βοιωτῶν 4, 72, 2. τὸν πλοῦν τῶν ὁλκάδων τῶν — Φοινικῆς τῆς ἐκεῦθεν ἠπείρου 2, 69, 1. Ubi Phoenice sita esset, in vulgus notum erat. ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀθηναίων 2, 57, 1, ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀττικῇ 2, 57, 1. in unserem Lande.

Appositio aliis verbis a substantivo sejungitur: Κερκυραίων ἅμα παραπλέοντας τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιμεληθῆναι 4, 2, 2. τὸ γὰρ ἔθνος μέγα μὲν εἶναι τὸ τῶν Αἰτωλῶν 2, 94, 4. ἀπὸ τῆς πόλεως βοηθήσασι τῆς Ἀμπρακιωτῶν 3, 113, 2.

§. 5. Eadem genitivorum cum nomine suo conjunctionis genera, de quibus disputavimus, inveniuntur etiam, quum genitivus ex nomine pendet, quod ipsum rursus ex praepositione aptum est: ἐν τῷ τῶν Ἀθηναίων δήμῳ, ἐν τῷ δήμῳ τῶν Ἀθ., ἐν τῶν Ἀθηναίων τῷ δήμῳ, ἐν τῷ δήμῳ τῷ τῶν Ἀθ. Huc accedit quinta quaedam constructio, qua genitivus ante praepositionem praeripitur. Veluti τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ δήμῳ. De singulis breviter erit explicandum.

1. μετὰ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν 1, 18, 3. animo obversatur quae deinceps secuta est liberae reipublicae forma. In genitivo igitur inest oppositio: μετὰ τὴν Λέσβου ἅλωσιν 3, 51, 1. μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν 1, 95, 5. μετὰ τὴν Σικελιωτῶν ὁμολογίαν 5, 5, 1. μετὰ τὴν τοῦ Πλημμυρίου ἅλωσιν 7, 32, 1. διὰ τὸ Ἀθηναίων ἔχθος 2, 11, 2. κατὰ τὸ Ἀθηναίων διάφορον 2, 27, 2. 3, 54, 1. 4, 79. 2. et cum praepositione πρός 6, 62, 1.

2. ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας 2, 44, 3. in regimine genitivi gravius pondus inest. Nec aliter in his omnibus: κατὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς 2, 45, 1. ὁ δὲ διακομιζόμενος ἀεὶ ἵστατο ἐπί τοῦ χείλους τῆς τάφρου 3, 23, 3 et 4. ὑπὸ δὲ τῆς μείζονος βοῆς τῶν πολεμίων 4, 34, 3. ἐς τὸ ἔσχατον ἔρυμα τῆς νήσου 4, 35, 1. κατὰ τὸ ἀεὶ παρεῖκον τοῦ κρημνώδους 4, 36, 2. 2, 102, 3. 2, 2, 4. ἐς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ χωρίου 4, 42, 2. ἐπὶ τῇ ἐσβολῇ τῆς Λύγκου 4, 83, 1. 4, 86, 1. ἐπὶ τὴν γέφυραν τοῦ ποταμοῦ 4, 103, 3. ἐκ τοῦ πάχους τῆς πλίνθου εἰκάσαντες 3, 20, 3. διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως 8, 66, 3. 7, 11, 2. ἐν τῇ ξυναγωγῇ τοῦ πολέμου 2, 18, 2. φυλακῆς ἕνεκα τῆς Λευκάδος 1, 30, 3. βεβαιότητος ἕνεκα τῶν Μεγάρων 4, 66, 3. περὶ δὲ τὸ φθινόπωρον τοῦ θέρους τούτου 2, 31, 1.

3. Tertium genus proprium Thucydidis apud alios scriptores longe rarius invenitur cf. Krüger ad Thuc. 1, 9, 3. Gr. Gr. 47, 9, 19. Genitivus praepositionem excipiens ante nomen suum collocatur, quum aut de notione, quae in genitivo inest, in iis quae locum praecedunt jam sermo fuerat, aut aliud nomen vel sequitur vel praecedit, cui genitivus respondet. διὰ τοῦ χείμωνος τὸ μέγεθος 3, 23, 5: non cogitatur de frigore, quod opponatur aestati. Quod si esset, sic debebant verba consociari: διὰ τὸ τοῦ χείμωνος μέγεθος; sed notio τοῦ χείμωνος refertur ad hiemem, de qua jam antea actum fuerat: ejus hiemis, besagten Winters. διὰ τοῦ καρποῦ τὸ δέος 4, 84, 2. διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν 3, 95, 2. διὰ τοῦ θύματος τὴν ἔσπραξιν 5, 54, 1. 5, 68, 1. ἐν τοῦ Ἀπόλλωνος τῷ ἱερῷ, Μαντινέας δὲ ἐν τοῦ Διὸς τῷ ἱερῷ 5, 47, 13. ἐν τοῦ Διονύσου τῷ ἱερῷ 3, 81, 4. supra §. 2 commemoratum erat Junonis templum. ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου τῷ ἱερῷ 3, 96, 1. sequitur sententia relativa: ἐν ᾧ. ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ 6, 34, 8. Imperator dixerat antea, agendum esse, in agendo omnem positam esse salutis spem, ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει 7, 24, 2. besagter Mauern. ἐν τοῦ σκήπτρου

ἅμα τῇ παραδόσει 1, 9, 5. interjecta vocala. ἐκ τοῦ τε Διὸς τοῦ τεμένους 3, 70, 3. μὴ ἀπὸ τῶν νόμων τῆς δεινότητος — ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας 3, 46, 3. ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας 7, 32, 1. μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως 1, 32, 2. 1, 65, 2. ὑπὸ τῶν Εἱλώτων τὴν ἐπανάστησιν 2, 27, 2. et 4, 56, 4. oppositio inest in verbis: ὑπὸ τὸν σεισμόν. ἅμα τοῦ ἔργου τῇ ξυντυχίᾳ gerade zur Zeit besagten Vorganges. 3, 112, 5. ἁμὰ τῆς Δεκελείας τῷ τειχισμῷ 7, 20, 1. ἐπὶ τῆς Σαλαμῖνος τὸ ἀκρωτήριον 2, 93, 3. περὶ τοῦ ἐπίπλου τῆς ἀληθείας 6, 33, 1. περὶ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀποδόσεως 8, 85, 3. περὶ τῶν ἐναγῶν τῆς ἁλώσεως 1, 139, 1. τῶν ὁλκάδων ἕνεκα τῆς ἐς Σικελίαν νομιδῆς 7, 34, 1.

4. Quarti generis duo tantum apud Thucydidem exempla leguntur: 6, 27, 1. ἐν τῇ πόλει τῇ 'Αθηναίων 3, 113, 2. ἡμεῖς χθὲς ἀπὸ τῆς πόλεως βοηθήσασι τῆς 'Αμπρακιωτῶν ἐμαχόμεθα.

a. Omissis ante utrumque nomen articulis genitivus praecedit: περὶ γῆς ὅρων 1, 103, 3. 1, 122, 2. 4, 92, 4. um die Ländergrenzen. περὶ νεκρῶν ἅμα ἀναιρέσεως 3, 109, 1. αἰχμαλώτων περὶ φυλακῆς 1, 52, 2. ἐς χρημάτων λόγον 3, 46, 3. ἐς πατέρων θήκας 3, 58, 3. ἐν καρποῦ ξυγκομιδῇ 3, 15, 1. ἐν ἀήδονος μνήμῃ 3, 29, 3. ἐν ἄλλων εὐτυχίαις 2, 44, 2. ἐν πόνων μελέτῃ 2, 39, 4. ἐς Διὸς ἱερόν 8, 19, 1. πρὸς λίθων ἀνολκήν 4, 112, 2. μετ' ἔργου ἰσχύος 3, 48, 1. μετὰ 'Ιλίου ἅλωσιν 1, 12, 2. μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν 1, 23, 4. 2, 2, 1. μετὰ Συρακουσῶν οἴκισιν 6, 4, 3. 6, 5, 2. ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας 2, 51, 2. ὀλίγων ἡμερῶν ἕνεκα μεγάλου μισθοῦ δόσεως 1, 134, 2. αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἐλευθερώσεως 2, 72, 1. tertio loco ἕνεκα ponitur: Δήλου καθάρσεως ἕνεκα 8, 108, 3. μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρίας 2, 39, 3. ἐκ πολιτείας μεταβολῆς 7, 55, 2.

Inversi ordinis exempla longe sunt rariora, nec facile leguntur nisi praecedente praepositione διά, quae duplicem admittit constructionem: α. Genitivus praemittitur: διὰ χρόνου πλῆθος 1, 1, 2. 1, 2, 1. διὰ πλοῦ μῆκος 6, 34, 4. διὰ πολλῶν ἡμερῶν ἐς 'Οδρύσας ὕδου 2, 29, 3. οὐ διὰ δυνάμεως καὶ ἀξιώματος φόβον, ἀλλὰ διὰ νονηρίαν καὶ αἰσχύνην τῆς πόλεως 8, 73, 2. ubi chiasma notandum. β. Genitivus sequitur: διὰ ἀρετὴν γῆς 1, 2, 2. διὰ δόξαν δεινότητος 8, 68, 2. διὰ μέγεθος πόλεως 2, 38, 1. διὰ κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν 3, 16, 1.

b. Genitivus quum regimine articulo carente ipse secum habet articulum, sequitur: διὰ πλῆθος τῆς ζημίας 3, 70, 3. κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων 2, 7, 2. ἐπὶ κακῷ τῆς πόλεως 2, 13, 1. 8, 86, 2. ἐκ λογισμοῦ τῶν ἡμερῶν 4, 122, 1. ἐς ἐλευθερίαν τῆς 'Ελλάδος 3, 54, 2. ἐν μεθορίοις τῆς 'Ωρωπίας 4, 91, 2. κατὰ θέαν δὲ μᾶλλον ἔφη ἀναβαίνειν τοῦ χωρίου 5, 7, 2. ἐπὶ σωτηρίᾳ νῦν τοὺς λόγους ἐροῦμεν τῆς ὑμετέρας πόλεως 5, 91, 2. nota in his duobus exemplis verba aliquot inserta. ἕνεκα praepositio utramque admittit verborum collocationem: φυλακῆς ἕνεκα τῆς Λευκάδος 1, 30, 3. βεβαιότητος ἕνεκα τῶν Μεγάρων 4, 66, 3. contra: τῆς Ποτιδαίας ἕνεκα ἀποστάσεως 1, 57, 2. τῆς Κορίνθου ἕνεκα ἡσυχίας 5, 53, 2.

5. Ante praepositionem genitivus praeripitur maxime in locis designandis, qui verborum ordo proprius est in Graecis, quum nomen loci ad lectorem plenius docendum additum, sed scriptoris cogitatione regionis, in qua ille situs est, commemorationi posthabendum est: τῆς Θρᾴκης ἐς μεσόγαιαν 1, 100, 3. τῆς 'Αρκαδίας ἐς Παῤῥασίους 1, 108, 2. 5, 33, 1. τῆς 'Αττικῆς ἐς 'Ελευσῖνα 1, 114, 2. 2, 18, 1. 2, 21, 1. τῆς 'Ηλαίας ἐς Θειάν 2, 25, 3. τῆς 'Αττικῆς ἐς Οἰνόην 2, 18, 1. τῆς 'Ακαρνανίας ἐς Οἰνιάδας 1, 111, 2. τῆς νήσου ἐς τὸ πρὸς

Μαλέαν τετραμένα 4, 54, 1. 8, 101, 2. *τῆς Ἀττικῆς ὄντας ἐν τῇ παραλίᾳ* 2, 56, 2. interjecta vocula ut *τῆς τε Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς ἐφαίνετο αὐτοῖς ἡ νῆσος ἐν παράπλῳ κεῖσθαι* 1, 44, 2. *τῆς Εὐβοίας ἐν Ὀρυβίαις* 3, 89, 2. *τῆς Ἀμφιλοχίας ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ* 3, 105, 1. 8, 101, 1. *τῆς Θεσσαλίας ἐπὶ Φάρσαλον* 1, 111, 1. *τῆς Καρίας ἐκ Μυοῦντος* 3, 19, 2. *τῶν Ῥηγίνων κατὰ ἔχθραν* 4, 24, 1. *τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους* 4, 63, 1. *σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ* 8, 96, 2. tria haec notanda sunt exempla praeter localia. — Quum vero locus ipse gravitate praevalet et regionis nomen additum est ad situm loci accuratius definiendum, loci nomen antecedit: *ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίας* 1, 46, 2. *ἐν Τανάγρᾳ τῆς Βοιωτίας* 1, 108, 1. *ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος* 2, 29, 2. *ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς* 1, 29, 2. *ἐν Ἑλλομένῳ τῆς Λευκαδίας* 3, 94, 1. *ἐς Μεθώνην τῆς Λακωνικῆς* 2, 25, 1. *ἐς Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος γῆς* 1, 46, 2. *ἐς Πλάτειαν τῆς Βοιωτίας* 2, 2, 1. *ἐς Ἐπίδαυρον τῆς Πελοποννήσου* 2, 56, 2. *ἐς Πρασίας τῆς Λακωνικῆς* 2, 56, 3. *ἐς Ἔμβατον τῆς Ἐρυθραίας* 3, 29, 2. *ἐς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας* 3, 86, 2. *ἐς Τάναγραν τῆς Βοιωτίας* 3, 91, 2. *ἐς Εὐπάλιον τῆς Λοκρίδος* 3, 96, 1. 8, 101, 2. *περὶ τὸ χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος* 1, 30, 3. *πρὸς τὸ Κήναιον τῆς Εὐβοίας* 3, 93, 1. *ἐπὶ τὴν Πελωρίδα τῆς Μεσσήνης* 4, 25, 2. *ἐπὶ — Οἰνεῶνα τῆς Λοκρίδος* 3, 95, 3. 3, 98, 3. *ἐξ Ἀρνῶν τῆς Χαλκιδικῆς* 4, 103, 1. *μεχρὶ μὲν Πιερίου τῆς Θεσσαλίας* 5, 13, 1. 5, 33, 1.

Caput II.

Adjectivi quod dicitur attributivi cum substantivo conjunctio triplex est: aut enim attributum inter articulum et substantivum inseritur (*ὁ σοφὸς ἀνήρ*), aut substantivum ante articulum cum vi quadam praeripitur (*ἀνὴρ ὁ σοφός*), aut denique attributum ita substantivum sequitur, ut utrique orationis parti articulus adtribuatur (*ὁ ἀνὴρ ὁ σοφός*) *). Ex his tribus constructionibus prima, quae quidem proxime accedat ad nostri sermonis consuetudinem, praeter duas reliquas utpote nobis naturalis quasi digna videtur esse, ex qua dissertationis nostrae initium capiatur.

§. 1. Krüger Gr. Gr. 50, 8, 1. praecipit, ut adjectivum inter articulum et substantivum locum obtinere debeat suum, quum attributivi notio gravior sit quam substantivi, contra adjectivum cum articulo suo sequi debeat substantivum, ubi notio substantivi praevaleat. Contra haec multa disputari possunt. Matthiaeus Gr. §. 277 adjectivum inter articulum et substantivum poni ait, quum attributum cum substantivo tum arcte conjungatur, ut utraque notio in unam quasi coalescat. Quae Grammaticorum praecepta si inter se conjunxerimus, tum demum rectam viam insistemus. Haec enim adjectivi attributivi collocatio omnibus iis locis invenitur, quibus addito attributo genus, quod substantivi notione continetur, ita ad partem revocatum est, ut haec alteri parti opposita esse videatur. Illud, quod tanquam oppositum scriptoris animo obversatur, aut in sententia ipsa

*) Adjectivum praedicativum, quod dicunt, substantivum suum aut antecedit: *σοφὸς ὁ ἀνὴρ τοῦτο ἐποίησεν* vir sapiens est, qui hoc fecit, aut sequitur *ὁ ἀνὴρ σοφός* — — qui hoc fecit, vir sapiens est. Qua de constructione hoc quidem tempore non disputabitur.

commemoratur aut ita est comparatum, ut vel ex tota loci sententia facile percipiatur vel per se quisque norit. At sunt etiam loci haud rari, ubi adjectivum attributivum eundem in verborum ordine locum obtinet, ita tamen, ut nemo facile statuerit, adjectivi rationem graviorem esse quam substantivi, nisi quis sententiae vim inferre voluerit. In primis illa adjectiva, quae a nominibus propriis derivantur, saepenumero inter articulum et substantivum ponuntur, qua verborum constructione oppositio efficitur nulla. Ad explicandum igitur, cur iis locis eadem scriptor usus sit collocatione, quum non sufficiant, quae Krügerus praecepit, ad Matthiaei praeceptum recurrendum erit docentis, verba sic consocianda esse, quum adjectivum cum substantivo in unam notionem coalescat. *ὁ σοφὸς ἀνὴρ* igitur est: aut der weise Mann, qui opponitur homini insipienti, aut: der Weise, ita ut nulla cogitata oppositione utraque vox in unam redeat notionem: *τὸ ἴσον δὲ πρός γε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται* 4, 95, 1. *καὶ γὰρ τῶν ἑκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴν εἶναι τοὺς βωμούς* 4, 98, 4. oppositio sequitur: *ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ξυμφορῶν τι τολμήσασιν.* — *κατὰ τοὺς πατρίους νόμους* ter repetitur 4, 118, 1 et 2. singulas civitates suas quamque leges secutas. *τῶν Ἑλληνικῶν στρατοπέδων οὐδέτερον ᾔσθετο* 2, 81, 5. *τῶν στρατηγίδων νεῶν μίαν* 2, 84, 2. *ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Πελοποννήσιοι — ἔφθειραν τὰς Ἀττικὰς ναῦς* 2, 91, 1. *ἡ Ἀττικὴ ναῦς — τῇ Λευκαδίᾳ* 2, 91, 2. *ἐπὶ τῆς Λευκαδίας νεώς, ἣ περὶ τὴν ὁλκάδα κατέδυ* 2, 92, 2. *τὸ μέγα οἰκοδόμημα ἐπαύσαντο* 2, 76, 1. opponitur *ἀπὸ τοῦ βραχέος τείχους* ibid. ac deinde aedificium illud semper dicitur: *τὸ μέγα οἰκοδόμημα*, sicuti semper *τὰ μακρὰ τείχη* 5, 26, 1. *ἐς τὸ μέγα τεῖχος* 2, 76, 2. *τὸν ἀριστερὸν πόδα* 3, 22, 2. *ὅστις οἴεται τῆς ἀνθρωπείας φύσεως — ἀποτροπὴν — ἔχειν* 2, 56, 1. 3, 45, 5. Menschennatur. *ἐς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος* 1, 109, 1. Argäermeer. *τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς* 2, 96, 2. *ἐκ τοῦ ἀρχικοῦ γένους* 2, 80, 3. Herrschergeschlecht. *οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίων* 2, 55, 1. Silberbergwerke. *τὰ ἐπιθαλάσσια χωρία* 3, 7, 1. Küstenorte. Naves non poterant *τὰ ἐν μεσογαίᾳ χωρία* depopulari, nulla igitur cogitari potest oppositio, sed utraque vox unam efficit notionem. *τοῦ Κρισαίου κόλπου* 2, 71, 3. 2, 80, 2. 2, 86, 2. — Adjectivum *ἴδιος* hunc unum apud Thucydidem occupat locum: *τὰς ἰδίας ξυμφοράς* 2, 60, 3. *κατὰ τὰς ἰδίας διαβολάς* 2, 65, 7. *κατὰ τὰς ἰδίας διαφοράς* 2, 65, 9. *τοῖς ἰδίοις τέλεσι* 6, 16, 4. sic. 1, 17, 1. 6, 69, 4. 7, 57, 8. 7, 77, 2. 8, 63, 3. 8, 94. 3. sic etiam *οἰκεῖος* 3, 39, 7. 4, 64, 1. c. c.

Quum superlativus adjectivi attributivi substantivo cum articulo conjuncto additur, ex genere aliquo pars, quae ceteras partes superat, exemta reliquis partibus opponitur. Unde efficitur, ut superlativus vel etiam comparativus, si attributum est, medium inter articulum et substantivum locum obtineat, nisi diversa quaedam ratio diversam ab illa constructionem exigat: *τὸν πλεῖστον ὅμιλον* 3, 1, 1. *τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ* 3, 59, 3. *τοὺς πλουσιωτάτους ἄνδρας* 3, 70, 3. *αἱ πλείους νῆες* 2, 89, 6. *τοὺς ἀμείνους ξυμμάχους* 3, 67, 3. *τὴν τελευταίαν τε πρὶν περιτειχίζεσθαι πρόκλησιν* 3, 64, 2. *καὶ τοὺς δυνατωτάτους εἶχε οἰκήτορας* 2, 68, 2. *ἡ πλείων ἤδη στρατιά* 4, 128, 1. In tribus his quae ultima attuli exemplis simul illud notandum est, adjectivum ab substantivo vocibus quibusdam interjectis disjungi, quod fieri solet, si adjectivum ad loci sententiam plus substantivo valeat.

1. In hac de qua disputavimus verborum constructione quum aliud quid inseritur ad sententiam magis definiendam, illud, si adjectivum naturam suam retinet nec in unam cum substantivo notionem coalescit, post adjectivum ante substantivum locum obtinet: *κατὰ τὰς παλαιὰς Παυσανίου μετὰ*

τὸν Μῆδον σπονδάς 3, 68, 1. κατὰ τὴν πρώτην ἐκ τῶν ᾿Ολπῶν ἀγγελίαν 3, 110, 1. τὴν ναυτικὴν ἐπ᾿ ἄλλους ἀπόβασιν 4, 10, 5. ἔς τε τὸν χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὰ ἐκ Σικελίας πόλεμον 4, 81, 2. in comparativis et superlativis aliter non licet construere. — Sin vero adjectivum cum substantivo unam efficit notionem, illud quod additum est, articulo excipitur: τὸν ἐπὶ Θρᾴκης Χαλκιδικὸν πόλεμον 2, 95, 2. der Chalkidikerkrieg. τῆς ἐξ ῎Αργους ἐπαιτίου ἀναχωρήσεως 5, 65, 2. den Schandzug. πρὸς τὴν ἐκ Σικελίας τῶν ᾿Αθηναίων μεγάλην κακοπραγίαν 8, 2. 1.

§. 2. ἀνὴρ ὁ ἀγαθός. Attributo cum articulo conjuncto etsi eo genere, quod substantivo continetur, pars quaedam eximitur certisque finibus circumscribitur, sententiae natura tamen scriptor adducitur, ut, priusquam ad partem illam certam ac definitam animum advertat, genus ipsum commemoret et ob eam causam substantivum sine articulo praeponat. Non vir probus opponitur improbo, quod esset ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ, sed vir feminae additoque adjectivo indicatur, illud quidem omnino in omni viro dici posse, maxime vero in viro probo. De hac verborum constructione Krügerus omisit disserere, qui 50, 8, 1. de duabus tantum loquitur. ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ et ὁ ἀνὴρ ὁ ἀγαθός. At primo jam quod ille affert exemplo nostra ratio confirmatur: οὔ ποτ᾿ ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ δοῦναι χαλινούς. Virum omnino non oportet, praesertim si prudens est, feminae concedere habenas. Longe differt, si dixisset τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν, de quo infra disputabitur. Exempla Thucydidea haec sunt: λογισμὸν ἥκιστα ἐνδεχόμενα κινδύνου τοῦ ταχίστου προσδεῖται 4, 10, 2. ratione omissa facto opus est eoque celerrimo. ἡμῶν κακῶς ἡμᾶς αὐτοὺς ποιούντων τέλεσι τοῖς οἰκείοις 4, 60, 2. impensis nobis ipsi nocemus, τοῖς οἰκείοις indicatur, impensas a nobis, non ab aliis esse factas, id quod per se intelligitur. ἐφ᾿ ᾧ φυλακῇ τῇ μετρίᾳ τηρήσονται 4, 30, 3. ea conditione, ut in custodia retinerentur, non plecterentur morte, et custodiam praeterea fore levem. πρὸς ἱεροῖς τοῖς κοινοῖς σκῦλα ἀφ᾿ ἡμῶν — ἀνατεθῆναι 3, 57, 1. indignum quid in nos decrevistis et spolia nobis, qui optime de communi patria meriti sumus, in templis, quae quidem omnium civitatum communia sunt, deposuistis. ἐς ἐπιμαρτυρίαν — ἡρώων τῶν ἐγχωρίων 2, 74, 1. Hominibus opponuntur heroes, quos patrios fuisse per se apparet. παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ πλῆθος τὸ ἀχρεῖον 2, 78, 2. Armatis pueri opponuntur et mulieres et reliqua multitudo hominum; hos esse illos, qui arma ob debilitatem aetatis ferre non possent, nisi scriptor addidisset nemo desideraret. ἱερά τε θεῶν — καὶ θυσίας τὰς πατρίους — ἀφαιρήσετε 3, 58, 4. χρεὼν καὶ ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις ἐθέλειν ὑφίστασθαι 2, 61, 3. res adversas etiamsi maximas. θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν ῾Ελλήνων 3, 59, 2. βουλόμενοι — ἄνδρας τε τῶν πολιτῶν τοὺς σφίσιν ὑπεναντίους διαφθεῖραι 2, 2, 2. cives, quos occisuri erant, adversarios fuisse, non attinebat dicere. καὶ τριήρεις τὰς πλωίμους 2, 13, 7. δύο μερῶν τῶν ἐς χρῆσιν φανερῶν γῆς καὶ θαλάσσης, τοῦ ἑτέρου 2, 62, 2. — Superlativus adjectivi a substantivo saepissime dirimitur: τριήρεις — ἐξαιρέτους ἐποιήσαντο κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὰς βελτίστας 2, 24, 2. ὅρκοις τε Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις 4, 86, 1. πίστεις γε διδοὺς τὰς μεγίστας 4, 86, 2.

Diversa ab his exempla sunt illa, in quibus adjectivum attributivum cum ejusmodi substantivis conjungitur, quae plerumque articulo carere solent. (Krüger Gr. Gr. 50, 2, 11 et 15.) Invenitur haec constructio, ubicunque vocabulo γῇ et addito adjectivo nomen alicujus terrae circumscribitur. θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιίδα ἔχετε 2, 74, 2. 4, 87, 2. Idem in nominibus propriis fit:

ἐπ᾽ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν. Quae exempla omnia ad tertium structurae genus ableganda sunt.

§. 3. Restat ut ad tertiam quam divisimus adjectivi attributivi collocationem accedamus. Differt haec constructio a duabus illis, de quibus supra disputavimus, ea re, quod, quum alterutra harum constructionum scriptor utitur, notio substantivi addito attributo ex genere ad partem revocatur, in tertia, quam nunc tractabimus, notio substantivi addito adjectivo non mutatur, sed per pleonasmum quendam repetitur. Videtur enim hujus constructionis ea vis esse, ut substantivo, quod cum articulo antecedit, non genus significetur, sed species, quae attributo addito accuratius describitur ac definitur. ὁ ἀνὴρ ὁ ἀγαθός tantum liceret dicere, si sententiarum nexus ita esset comparatur, ut ex iis quae praecedunt satis intelligatur, hoc loco non agi de viro omnino, sed de uno tantum probo viro, ita ut attributum quasi pleonastice per oppositionem videretur esse repetitum. Quare Apollonius etiam συντ. 1, 40. ait: τῶν δύο ἄνδρων δύο ἀναφορὰς διαφόρους δηλούντων. Nec enim duplex anaphora cogitari potest, nisi substantivum rem per se satis definitam significet, ut addito adjectivo novi sententiae nihil afferatur, obscuritati tamen soli occurratur. Exempla non admodum sunt frequentia: φαμὲν γὰρ πρὸς τὸ ἐρώτημα τὸ βραχύ 3, 54, 1. Capite quod praecedit, legitur: τὸ ἐρώτημα βραχὺ ὄν. λέγομεν ὑμῖν τὴν γῆν τὴν Πλαταιίδα μὴ ἀδικεῖν 2, 71, 3. Plataeenses loquuntur; est igitur: nostram terram. τὸν μισθοφόρον ὄχλον τὸν ξενικόν 3, 109, 3. opponitur Peloponnesiis, τούς τε ἄνδρας ἐξ αὐτῶν τοὺς πλείστους ἀνελόμενοι ἐς Μολύκρειον ἀπέπλεον 2, 84, 3. Nautas ex navibus captis in suas naves maximam partem quum recepissent, — οἱ μὲν ψιλοὶ οἱ πλεῖστοι εὐθὺς ἐχώρουν, οἱ δὲ ὁπλῖται 4, 90, 4. τῆς γῆς τῆς μὲν ἄλλης ἐκράθουν — τὸ δὲ περὶ τὰ στρατόπεδα 3, 6, 2. τὸ μαντεῖον τοὐναντίον ξυμβῆναι 2, 17, 2. non contrarium oraculum, sed oraculum in contrariam partem evenisse. ὃς ἦρχε τῶν νεῶν τῶν Ἀττικῶν 2, 80, 3.

Adjectivum attributivum sic collocatum quum ad substantivi notionem magis etiam definiendam non admodum sit necessarium, factum est, ut aliis verbis interjectis haud raro a substantivo suo dirimatur: praeter illud quod supra laudavimus exemplum (3, 84, 3.): τὸ μέγα οἰκοδόμημα ἐπαύσαντο ἐργαζόμενοι τὸ κατὰ τὸ χῶμα 2, 76, 2. situs aedificii sat erat notus: τὴν μίαν ναῦν τῶν Ἀθηναίων τὴν ὑπόλοιπον ἐδίωκε 2, 91, 2. τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ Χῖοι τὸ τεῖχος περιεῖλον τὸ καινόν 4, 54, 1. τοὺς ὁμήρους κλέψαντες ἐκ Λήμνου τοὺς αὑτῶν 1, 115, 5. τοὺς αἰχμαλώτους οὓς κατὰ πλοῦν εἰλήφει ἀπέσφαξε τοὺς πολλούς 3, 32, 1. größtentheils. ὀμνύντων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἑκάτεροι τὸν μέγιστον 5, 18, 8.

Caput III.

§. 1. Participia attributiva eodem quo adjectiva triplici modo cum substantivo suo conjuncta leguntur; et illud quoque eis cum adjectivis commune est, quod pleraque exempla ita comparata sunt, ut participium medium inter articulum et substantivum locum obtineat. Rationes, quibus Graeci in participii cum substantivo conjunctione usi sint, quum in adjectivorum constructione jam docuerimus, hic non attinet repetere. Satis fuerit singularum constructionum aliquot exempla attulisse: ὁ δειπνήσας παῖς κοιμάσθω, παῖς ὁ δειπνήσας κοιμάσθω, ὁ παῖς ὁ δειπνήσας

κοιμάσθω. De praedicativi participii collocatione (*δειπνήσας ὁ παῖς* et *ὁ παῖς δειπνήσας*) hoc tempore non licet disputare.

a. *οἱ δὲ διὰ τὰ ὑπάρχοντα ἁμαρτήματα καὶ τὴν παροῦσαν ἀταξίαν* 2, 92, 1. attributo addito genus, quod substantivo significatur, in partes dividitur et una pars alteri cuipiam ejusdem generis opponitur: *ἀμύνειν τοὺς παρόντας ξυμμάχους* 2, 71, 2. *ἡ μὲν γενομένη ναυμαχία* 2, 87, 1. *τῇ πρεπούσῃ ζημίᾳ — τοῖς προσήκουσιν ἄλλοις τῆς ἀρητῆς* 2, 87, 5. *πρὸς τὴν παροῦσαν ὄψιν* 2, 88, 2. *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος* 2, 69, 1. participium *ἐπιγιγνόμενος* semper eundem locum occupat: 3, 1, 1. 3, 26, 1. 3, 71, 1. 3, 87, 1. 3, 103, 1. 4, 11, 1. 4, 50, 1. 4, 51, 1. 4, 89, 1. 4, 130, 2., ut duorum librorum locos omnes conferam.

b. *ἀρετῆς ἕνεκα καὶ προθυμίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς κινδύνοις γενομένης* 2, 71, 1. genus alteri generi prius oppositum deinde ad partes revocatur. *μετὰ Ἑλλήνων μάχῃ τε τῇ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γῇ γενομένῃ παρεγενόμεθα* 2, 84, 2. *ὑμῖν γὰρ εὐτυχίαν τὴν παροῦσαν ἔξεστιν καλῶς θέσθαι* 4, 17, 3. *μάρτυρας δὲ θεοὺς τούς τε ὁρκίους τότε γενομένους ποιούμενοι* 2, 71, 3. non vos sed deos contestantes. *μετὰ Ἑλλήνων τῶν ἐθελησάντων ξυνάρασθαι τὸν κίνδυνον τῆς μάχης* 2, 71, 2. *τῶν Ἑλλήνων* respondet *τῇ Ἑλλάδι* quod praecedit.

c. *τοῖς στρατηγοῖς τῶν Ἀθηναίων τοῖς ἀπὸ σφίσι τεταγμένοις* 2, 70, 1. attributum jam in verbis *τοῖς στρατηγοῖς τ. Ἀ.* inest; nam alii duces non poterant, quam qui ipsis praefecti fuerant. *ἐπὶ τῆς Σαλαμῖνος τὸ ἀκρωτήριον τὸ πρὸς Μέγαρα ὁρῶν* 2, 93, 3. aliud promontorium cogitari non potest quam illud ipsis e regione oppositum. *πρὶν σφῶν οἱ ἄνδρες οἱ ἐξιόντες διαγάγοιεν* 3, 22, 5. participium attributivum si omissum esset, nemo desideraret. *ἐν τῷ πολέμῳ τῷ καθεστῶτι* 3, 52, 2. *τοῖς ξυμμάχοις τοῖς παροῦσιν* 4, 118, 1. *οἱ δὲ ἄλλην ἱέρειαν ἐκ τοῦ νόμου τοῦ προκειμένου κατεστήσαντο* 4, 120, 3. *τοὺς ὁμήρους τῶν Ἀργείων τοὺς ἐν ταῖς νήσοις κειμένους* 6, 61, 3.

In tribus his quas diximus constructionibus illa pars, quae ad sententiam describendam minus habet ponderis, aliis saepe verbis interjectis ab altera sejungitur. *ὃν χρόνον τοῖς νῦν καθεστηκός δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι* 3, 39, 1. *τὰς ἐγγὺς οὔσας μάλιστα ναῦς ἔλαβον* 2, 92, 2. *σπείσασθαι δὲ αὐτίκα — τὰς πρεσβείας ἐν τῷ δήμῳ τὰς παρούσας* 4, 118, 9.

§. 2. Jam quaeritur, quum ad participium attributivum alia verba accedant a participio apta, qui ordo partium orationis sit. Si res aliqua ab alia ejusdem generis minus participio ipso distinguitur quam aliis verbis ex participio pendentibus, quibus notio participii quodammodo expletur, haec verba statim excipiunt articulum et participium praecedunt. *πρὶν δὲ διαλῦσαι τὸ ἐς Κόρινθόν τε καὶ Κρισαῖον κόλπον ἀναχωρῆσαν ναυτικόν* 2, 93, 1. Verba: *ἐς Κόρινθόν τε καὶ Κρ. κ.* gravitate praevalent nec admodum ad sententiam definiendam necessarium videtur esse participium *ἀναχωρῆσαν*. *ἐς τὴν Φιλίππου πρότερον οὖσαν ἀρχήν* 2, 100, 2. *τό Λακεδαιμονίων τότε παραγενόμενον πλῆθος* 5, 58, 2. *τὴν ἐς Θήβας φέρουσαν ὁδὸν* 3, 24, 1. *τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόσχησιν* 3, 66, 2. *πρὸς ταῖς ἐν Μεσσήνῃ φρουρούσαις ναυσίν* 4, 24, 1. *τὸ ἐν τῇ Ταναγραίᾳ πρὸς Εὔβοιαν τετραμένον Ἀπόλλωνος ἱερόν* Apollotempel 4, 76, 2. *τὴν τότε γενομένην ξυνωμοσίαν* 3, 64, 2. *τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν* 2, 49, 5. *ἀπὸ τῶν ἐς Ἀγραίους καταφυγόντων ἐκ τῆς Ὄλπης Ἀμπρακιωτῶν* 3, 113, 1. *οἱ ἐκ τῆς Ὄλπης Ἀμπρ.* opponuntur *τοῖς ἐκ τῆς πόλεως Ἀμπρακιώταις* de quibus antea dictum erat. — Notandum est Hyperbaton in his. *διά τε τὰς ὑπὸ τὸν*

σεισμὸν σφίσι γενομένας καὶ τῶν Εἱλώτων τὴν ἐπανάστασιν εὐεργεσίας 4, 56, 4. pro διά τε τὰς ὑπὸ τ. σ. καί τῶν Εἱλ. τὴν ἐπανάστασιν σφίσι γενομένας εὐεργεσίας.

Huc referendus est usus participii καλούμενος, quod nomen proprium semper sequitur: ἐκ τῆς Κρουσίδος γῆς καλουμένης 3, 79, 3. pro ἐκ τῆς Κρουσίδος γῆς καλουμένης γῆς. γῆ, χώρα, πόλις, νῆσος, similia semper opprimuntur, quum in nomine proprio terrae notio jam inest: ἐκ δὲ τῆς Βοττίας καλουμένης — τὴν Μυγδονίαν καλουμένην 2, 99, 3. ἐκ τῆς νῦν Ἐορδίας καλουμένης 2, 99, 4. ἐπὶ τὰς Αἰόλου νήσους καλουμένας sc. νήσους 3, 88, 1. ἐπὶ τὴν Μητρόπολιν καλουμένην 3, 107, 1. ἡ γὰρ νῆσος ἡ Σφακτηρία καλουμένη 4, 8, 4. καὶ κώμη νῦν ἀπ' αὐτοῦ Σολύγεια καλουμένη 4, 42, 2. τάς τε ἄλλας πόλεις τὰς ἀκταίας καλουμένας 4, 32, 2. τὴν ἐπὶ θαλάσσῃ πόλιν Σκάνδειαν καλουμένην 4, 54, 1. ἥ ἐστι μὲν τῆς Κυνοσουρίας γῆς καλουμένης 4, 56, 3. ἐς Ὀρχόμενον τὸν Μινύειον πρότερον καλούμενον, νῦν δὲ Βοιώτιον 4, 76, 2. ἐπὶ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην sc. χώραν 4, 109, 1. 5, 10, 1. ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ 6, 57, 1. παρὰ τὸ Λεωκόριον καλούμενον 6, 57, 3. 6, 97, 1. 6, 99, 1. 7, 3, 2. 8, 90, 2. 8, 97, 1. καὶ ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο 4, 24, 4. — Uno exemplo excepto, ubi nomen proprium propter oppositionem in fine positum est sententiae: ἀνεχώρησαν — ἐς τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα 3, 102, 3.

Sin vero additamenta minus valent ad loci sententiam et in participio major vis inest, illa

a. aut inter participium et substantivum locum obtinent suum: ὃν χρόνον τοῖς νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν 3, 39, 7. praeter illos, qui nunc hostes sunt, nos oportebit cum novis hostibus, nostris videlicet sociis bellum gerere. At διὰ τὴν παροῦσαν νῦν ῥώμην 4, 18, 2. Hic nulla est oppositio et particulae notio jam in participio praesenti inest: die vorhandene Macht. τὸ γὰρ παρεστὸς τοῖς Ἕλλησι νόμιμον — ἴσμεν 3, 9, 1. οἱ τέρποντες λόγῳ ῥήτορες 3, 40, 2. τοῦ ἐπικρεμασθέντος ποτὲ δεινοῦ ἀμνημονοῦντες 3, 40, 6. ὁ τελευταῖος διαπλεύσας αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου Λακεδαιμονίων ἀνὴρ 4, 38, 2. ἐς τὰς ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομεναῖς νήσους — 8, 31, 2. ὥςτε τὴν γενομένην ἐπὶ Λάχητος καὶ τοῦ προτέρου πολέμου Λεοντίνων οἱ Ἐγασταῖοι ξυμμαχίαν ἀναμιμνήσκοντες 6, 6, 3. ubi Hyperbaton subjecti notandum est. — Pronomina semper postponi videntur: ἅπαν τὸ περιεστὸς ἡμᾶς δεινόν 4, 10, 1. τὰ ὑπερέχοντα ἡμῖν κρείσσω 4, 10, 1.

b. aut substantivum ex quo participium aptum est subsequuntur: Krüg. Gr. Gr. 50, 10, 2. τὴν προὔχουσαν ἄκραν ἀπὸ τοῦ τείχους 4, 107, 1. τῷ ἐπιβάντι πρώτῳ τοῦ τείχους 4, 116, 2. τῶν πρασσόντων τῷ Βρασίδᾳ 4, 106, 2.

§. 3. In his haud raro inversa verborum collocatio conspicitur, quae dicitur trajectio sive hyperbaton, quo Thucydides in primis gavisus esse censendus est. Consulto enim hanc et consimilem sermonis conformationem instituit, quia sermo sic insolentior atque hac ipsa insolentia et obscurior et vero etiam sublimior evadat: Krüg. Gr. Gr. 50, 10, 3. τοῦ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγου καθεστηκότος 1, 11, 3. ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν 2, 15, 2. 5, 11, 1. ἡ ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐπιμόνη γενομένη 2, 18, 2. ὅτεπερ δὴ μέγιστος φόβος προιέστη τὴν Σπάρτην — τῶν ἐς Ἰθώμην Εἱλώτων ἀποστάντων 3, 54, 3. Krüg. pro genitivo absoluto habet; at repugnat verborum collocatio; scribendum fuisse apparet: τῶν Εἱλώτων ἐς Ἰθώμην ἀποστάντων. Genitivus igitur cum φόβος copulandus videtur: metus ab Helotibus, qui Ithomen

se recepissent. τὴν ὑπὸ τούτων ἡλικίαν ἡμῶν διαφθαρμένην 3, 67, 2. κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα 3, 56, 1. καὶ τὴν ἐς τὸν Μηδικὸν πόλεμον τόλμαν γενομένην 1, 90, 1. τῶν καὶ Λῆμνόν ποτε καὶ Ἀθήνας Τυρσηνῶν οἰκησάντων 4, 109, 1. ὁ Βρασίδας τοῖς μὲν μετὰ τῶν Ἀθηναίων Τυρωναίοις καταφυγόσι 4, 114, 1. τοῖς ὑπὸ ὑμῶν χρήμασι φερομένοις 4, 87, 2. 5, 5, 1. 5, 11, 1. τοὺς μὲν μετὰ Βρασίδου Εἵλωτας μαχεσαμένους 5, 34, 1. τῇ τε μέχρι τοῦδε σωζούσῃ τύχῃ ἐκ τοῦ θείου αὐτήν 5, 112, 2. pro τῇ — ἐκ τ. θ. αὐτὴν σωζούσῃ τύχῃ. τῆς νῦν στρατιᾶς, ὡς φασίν, ἐπιούσης 6, 37, 1. αἱ πρὸ τοῦ στόματος νῆες ναυμαχοῦσαι 7, 23, 3. τοὺς ἐκ τῆς Πελοποννήσου τοῦ ἦρος ἐν ταῖς ὁλκάσιν ὁπλίτας ἀποσταλέντας 7, 50, 1. similiter ὑστέροις Ἀθηναίων τοῖς ξυμμάχοις ἀναχωροῦσιν ἐπιτίθενται 3, 103, 1. pro: τοῖς ὑστέροις τῶν Ἀθ. ἀναχωροῦσι ξυμμάχοις. οἱ γὰρ ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸ τῆς Ἠετιωνείας τεῖχος ὁπλῖται οἰκοδομοῦντες 8, 92, 5. — Durius aliquanto hyperbaton, ex antithesi tamen, quae in verbis inest explicantum legitur 2, 61, 3. ἐν ἴσῳ γὰρ οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ ἐλλείπει καὶ τῆς μὴ προσηκούσης μισεῖν τὸν θρασύτητι ὀρεγόμενον qui cum arrogantia gloriam affectat, qua non est dignus.

Caput IV.

Pronomina possessiva eandem constructionis sequentia analogiam triplicem cum substantivo admittunt conjunctionem; aut enim cum articulo praecedunt aut sequuntur substantivum, aut denique ita cum articulo postponuntur, ut substantivum ipsum suum habeat articulum: ὁ σὸς πατήρ, πατὴρ ὁ σός, ὁ πατὴρ ὁ σός. Quod Apollonius docet ἀντων. 18 A.: ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς τουτέστιν οὐκ ἄλλου, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ (ὁ ἐμὸς πατήρ) οὐκ ἄλλος, exemplis non confirmatur.

§. 1. Primae igitur hujus constructionis locus est, quum res rei opponitur ejusdem generis, quam alius habet. Tuus pater opponitur alterius sive patri sive fratri etc. ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμετέρους ἤδη ξυμμάχους 1, 69, 1. vestros ipsorum socios. κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ 1, 129, 3. meae domi i. e. apud me. ὅπως (πολέμιοι) — ἐν νυκτὶ φοβερώτεροι ὄντες ἥσσους ὦσι τῆς σφετέρας ἐμπειρίας 2, 3, 3. ὃς κατὰ μὲν πλεῖστα Ἑλλήνων εἴργασμαι τὸν ὑμέτερον οἶκον, ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα — ἠμυνόμην 1, 137, 4. Tu mihi praeter ceteros ad gratiam referendam obstrictus es; nam in tuam domum, in tuum patrem maxima beneficia contuli. πᾶσαν θάλασσαν τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες 2, 41, 2. ἐπειδὴ ξυνέβη — τὸν ἐμὸν λόγον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης 2, 61, 2. (hoc in exemplo notandum est, pronomen possessivum, quod cum genitivo conjungendum erat: τῆς ὑμετέρας γνώμης, rejectum esse ad substantivum ex quo pendet genitivus. sic. τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπίαζε θεωρίας 6, 16, 2. conf. Lob. ad Aj. p. 74. Krüg. Gr. Gr. 51, 4, 7.). ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια παρὰ φύσιν δοκοῦσα 6, 17, 1. μάρτυρας — ποιούμενοι — τοὺς ὑμετέρους πατρῴους καὶ ἡμετέρους ἐγχωρίους 2, 71, 3. omissio articuli in altero membro solemnis est. οὐκ ἀντιθέντες τὴν Ἀθηναίων ἐκ πολλοῦ ἐμπειρίαν τῆς σφετέρας δι' ὀλίγου μελέτης 2, 85, 2. ὥστε οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν τὸ ἡσσῆσθαι προσεγένετο 2, 87, 2. Λακεδαιμόνιοι — διὰ τὴν σφετέραν δόξαν 2, 89, 3. non sociorum. οἵουσπερ ὑμᾶς οἵ τε Ἕλληνες ἀξιοῦσι καὶ τὸ ἡμέτερον

δέος βούλεται 3, 14, 1. τῇ τε ὑμετέρᾳ αὐτῶν ἐλευθερίᾳ 4, 85, 3. τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν μαχεῖσθαι ξυμμάχοις 3, 40, 6. — Et in hoc et in aliis quae modo laudavimus exemplis notandum est, post pronomen possessivum haud raro alia verba inseri, ut: ἵνα μήτε ἡ ἡμετέρα αὐτοὺς κακία ὠφελῇ 3, 61, 2. Particula νῦν pronomen praecurrit, si gravitate praevalet: πολλάκις μὲν ἤδη καὶ ἄλλοτε ἔγνων — μάλιστα δ' ἐν τῇ νῦν ὑμετέρᾳ περὶ Μυτιληναίων μεταμελείᾳ 3, 37, 1. πρὸς τὴν νῦν ὑμετέραν ὀργὴν 3, 44, 3. — sin minus, sequitur: ἐς τὰς ἡμετέρας νῦν ξυμφοράς 4, 18, 1. est: cognoscite nunc in miseriam nostram respicientes, non est: cognoscite hoc ex miseria, in qua nos nunc versamur.

§. 2. In exemplis, quae ad alterum constructionis modum conformata sunt, substantivi, ad quod pronomen pertinet, notio alii substantivo opponitur: τάδε μὲν ἡμῖν πατέρες οἱ ὑμέτεροι ἔδοσαν 3, 71, 3. sequitur: ὑμεῖς δὲ τἀναντία δρᾶτε. μετὰ γὰρ Θηβαίων τῶν ἡμῖν ἐχθίστων ἐπὶ δουλείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἥκετε 2, 71, 3. non ad liberationem nostri. ἀποβλέψατε γὰρ ἐς πατέρων τῶν ὑμετέρων θήκας 3, 58, 3. πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ ξυγγενεῖς — καταλείψετε 3, 58, 4. οὐκ ἂν οἰόμενοι πρὸς ἕπτα καὶ τεσσαράκοντα ναῦς τὰς σφετέρας τολμῆσαι τοὺς Ἀθηναίους εἴκοσι ταῖς ἑαυτῶν ναυμαχίαν ποιήσασθαι 2, 83, 2. numeralia inter se efficiunt oppositionem. πρὸς δυναμίν τε τὴν ὑμετέραν καὶ τὴν τύχην 5, 104, 1.

Hic quoque inter substantivum et pronomen singula verba interjiciuntur: γῆς ὅρους ἀποδείξατε — καὶ δένδρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα καὶ ἄλλα 2, 72, 4. πατέρων τε τάφους τῶν ὑμετέρων ἐπιβοώμενοι 3, 67, 2. πόλιν γὰρ αὐτοὺς τὴν ἡμετέραν καταλαμβάνοντας — ὀρθῶς ἐτιμωρησάμεθα 3, 56, 1. καὶ βούλονται ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ξυστήσαντες ὑμᾶς ὑπόπτῳ βίᾳ — αὐτοὶ ἄρξαι 6, 85, 3.

§. 3. Ejus constructionis, qua pronomen possessivum cum articulo substantivum sequitur, quod et ipsum habet articulum exempla paulo rariora leguntur: καὶ πρὸς μὲν τοὺς τρόπους τοὺς ὑμετέρους ἀσθενὴς ἂν που ὁ λόγος εἴη 6, 9, 3. οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως ἀντ' ἐλευθερίας προσδεξαμένας 6, 20, 1. τοῖς ἐκ τῶν νεῶν τῶν σφετέρων ναύταις 7, 1, 3. τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον 7, 65, 2. Huc referenda sunt substantiva, quae plerumque articulo carent: Παυσανίας — ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι γῆν καὶ πόλιν τὴν σφετέραν ἔχοντας αὐτονόμους οἰκεῖν 2, 71, 3.

§. 4. Genitivus pronominum personalium, quae possessivam retinent significationem, partitivam admittit collocationem, ita ut aut substantivum sequatur aut articulum et substantivum antecedat.

Post substantivum ponitur Genitivus, si in substantivo major vis inest: οἱ πατέρες ἡμῶν 2, 11, 1. τῆς ὀργῆς ὑμῶν 2, 60, 1. ἐπὶ τὴν χώραν ἡμῶν — ἴωσιν 1, 143, 3. τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν 1, 69, 4. Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν 2, 7, 1. τῶν παίδων αὐτοῦ 1, 3, 2. ἡ δὲ ἔκπεμψίς μου 4, 85, 1. ἐς τὴν γῆν αὐτῶν 2, 12, 3.

Ante articulum et substantivum locum obtinet,

a. si in pronomine oppositio inest: ὑμῶν δ'οὐ δ' ἡ ἀπειρία τοσοῦτον λείπεται ὅσον τόλμῃ προέχετε 2, 87, 3. sequitur: τῶν δὲ ἐπιστήμῃ. quod ad vos attinet. ᾗ ἐκεῖνοί τε ἀνέλπιστοι — καὶ ἡμῶν ἡ ἀλκὴ τυγχάνει μάλιστα οὖσα 3, 30, 1. ἡμῶν τὰς ἀρετὰς ἥσσους

εἶναι τῶν ὑμετέρων 3, 73, 4. Σάνη δὲ καὶ Δῖον ἀντέστη — καὶ αὐτῶν τὴν χώραν — ἐδῄου: 4, 109, 3. et horum agros, non illorum, quos antea dixerat. καὶ αὐτοὶ ἔφασαν αὐτῶν τοὺς ἄνδρους ἀποκτενεῖν, οὓς ἔχουσι ζῶντας 2, 5, 3. αὐτοὶ et αὐτῶν inter se opponuntur, sic sexcenties.

b. Si scriptor illa collocatione usus dicturus est, non: aliquid factum esse, sed aliquid factum cum vel commodo vel incommodo alicujus arctissime conjunctum esse. Nos pronomini possessivo addimus pronomen personale. Differt enim, utrum dicamus: er besetzte ihnen ihr Land: an: er besetzte ihr Land. hoc enim si dicimus, significaturi tantummodo sumus, aliquid factum esse, illo autem dicendi modo si utimur, simul indicaturi sumus, non solum factum illud esse, sed hominem illum, de quo agitur, facto illo in incommodum aliquod esse adductum; factum igitur illud majorem vim habet in personam ipsam, quae pronomine effertur, quam in rem, quae illius est: ὅτιπερ αὐτῶν οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάνοντο 4, 14, 2. ihnen ihre Soldaten, non: ihre Soldaten. ea videlicet re impediti nihil poterant agere. ἀφαιροῦντες αὐτῶν τοὺς ξυμμάχους 3, 13, 6. διότι — ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια 2, 61, 2. weil in Euch die Gesinnung zu niedrig ist. προσέβαλον αὐτῶν τῷ τείχει 2, 70, 30. ihnen ihre Mauer. igitur ipsos aggressi sunt, qui se non poterant defendere. ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν τῶν πατρῴων τάφων 3, 59, 2. pro: τῶν τάφων τῶν ὑμετέρων πατέρων, ut recte docent Poppo et Krüger, ita tamen, ut praeces ad Lacedaemonios ipsos potius quam ad sepulcra patrum eorum dirigerentur: supplices vobis per patrum vestrorum sepulcra. φοβούμενοι αὐτῶν τὴν νεότητα καὶ τὸ πλῆθος timentes eos ob aetatem et multitudinem. — In utroque hoc genere collocationis licet verba aliquot inter pronomen et substantivum inserere: ἡμῶν ἤδη τήν τε παρασκευὴν 1, 83, 3. τὰ δ' ὀστᾶ φασι κομισθῆναι αὐτοῦ 1, 138, 6. τὸ γὰρ βραχύ τε τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν καὶ πεῖραν τῆς γνώμης 1, 140, 6. τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε 2, 59, 5. οὐδὲ ὑποπτεύεσθαί μου ἐς τὴν φυγαδικὴν προθυμίαν τὸν λόγον 6, 92, 1.

§. 5. Pronomina reflexiva attributivam triplicemque quam adjectiva attributiva habent collocationem: τὸν ἑαυτοῦ παῖδα, παῖδα τὸν ἑαυτοῦ, τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ:

a. ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας 2, 68, 2. τὸν ἑαυτοῦ κυβερνήτην ἀναγκάσας — καὶ τοὺς ἄλλους, quod opponitur 4, 11, 3. ἔχοντας — τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς 4, 44, 4. ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν γῆν 2, 90, 1. ἔξω τοῦ ἑαυτῶν κέρως 2, 90, 2. διὰ τὴν ἐν τῇ γῇ ἐπὶ πολλὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐπίπεμψιν 2, 39, 3.

b. ἐπράχθη τε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μὴ εἴτι πρὸς περιοίκους τοὺς αὐτῶν 1, 17, 1. sc. ἔπραξαν. καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ πόλιν τὴν αὐτοῦ ἀπολείπων ἕκαστος 2, 16, 1. at πόλις saepe caret articulo

c. τὰ τείχη τὰ ἑαυτῶν 1, 108, 2. τοὺς νεκροὺς τοὺς αὐτῶν ἀνελόμενοι 2, 79, 6. κατ' αὐτὸ τὸ στρατόπεδον τὸ ἑαυτῶν 7, 36, 5.

Exempla, quae cum hac regula videntur pugnare alium admittunt explicatum: τὰ στρατόπεδα — ἐπὶ τὰ δεξιὰ κέρατα αὐτῶν ἐν ταῖς ξυνόδοις μᾶλλον ἐξωθεῖται 5, 71, 1. Genitivus est partitivus, de cujus collocatione infra disputabitur. Exercitus enim in tres partes describitur: in cornu dextrum, sinistrum et mediam aciem. Milites solent in cornibus in dextrum sui cornu inter se protrudere. γνώτω τὸ μὲν δεξιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσαν

1, 36, 1. participium pro acc. c. infinitivo positum et αὐτοῦ in oratione indirecta solenne est. δίκαιον οὖν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐν δεεστέρους 2, 11, 2. ob oppositionem trajectum.

§. 6. In oratione indirecta σφῶν pronomen personalium sequitur analogiam et notanda est quadruplex ejus pronominis collocatio

a. sequitur substantivum: δείσαντες μὴ ἐς τὴν γῆν σφῶν πειρῶσιν ἀποβαίνειν 1, 50, 4. διδάσκεται ὑπ᾽ αὐτῆς, τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθέζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν 1, 136, 2. sic 2, 90, 2. 4, 55, 1. 4, 103, 3. 4, 108, 1. 4, 128, 1. 5, 34, 3. 5, 73, 1. 7, 35, 2.


b. praecedit articulum et substantivum ἐπεὶ σφῶν οἱ ξύμμαχοι ἐπόνουν 1, 30, 3. quia socii sibi laborarent. sic 2, 72, 3. 3, 22, 5. 4, 35, 3. 4, 120, 1. 5, 6, 3. 6, 60, 3. 7, 48, 1.

c. post substantivum ponitur interjectis aut uno aut pluribus verbis. τόν τε οἰκιστὴν ἀποδεικνύντες σφῶν 1, 25, 2. τῆς τροπῆς αὐτοῖς ἐνταῦθα γενομένης σφῶν 4, 128, 2. 5, 14, 1. 7, 49, 3.

d. praejicitur verbis aliquot a substantivo suo sejunctum: σφῶν ἐν σπονδαῖς πειραθέντες καταλαβεῖν τὴν πόλιν 2, 5, 3. οὐκ ἔσεσθαι σφῶν ἐν στενοχωρίᾳ οὔτε περίπλουν 7, 36, 4. sic. 4, 24, 3. 4, 27, 1. 5, 71, 3. 7, 56, 1. — Singulare quoddam hyperbatum est: ξυνεστῶτες παρὰ τὴν ὑπάρχουσαν σφῶν ἰδέαν τῆς παρασκευῆς 4, 55, 3. — Unum apud Thucydidem exemplum a lege quam proposuimus alienum est: τοὺς ψιλοὺς τοὺς σφῶν 6, 64, 2. fortasse ob oppositionem; sequitur enim τῶν Συρακοσίων τοὺς ἱππέας.

Pro hoc pronomine σφῶν, quod apud Oratores non legitur cf. Krüg. Gr. Gr. 47, 9, 13. apud Thucydidem etiam ἑαυτῶν invenitur, mutata collocatione. Hoc enim sequitur attributivam constructionem: δοκεῖν σφίσι — ἄμεινον εἶναι, τὴν ἑαυτῶν πόλιν τεῖχος ἔχειν 1, 91, 4. τοὺς γὰρ Μηλίους ὄντας νησιώτας καὶ οὐκ ἐθέλοντας ὑπακούειν οὐδὲ ἐς τὸ αὐτῶν ξυμμαχικὸν ἰέναι 3, 91, 1. τοῦ δὲ αὐτῶν στρατοπέδου καταφανῆ ἂν εἶναι πάντα 4, 29, 3. et paulo post §. 4. λανθάνειν τε ἂν τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον διαφθειρόμενον. νομίζων τῷ δ᾽ ἑαυτῶν δεξιῷ ἔτι περιουσίαν ἔσεσθαι 5, 71, 3.

§. 7. Genitivus denique partitivus pronominis reflexivi partitivam sequitur collocationis formulam: πέμψαντες σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἐλῄζον 4, 41, 2. καταλιπόντες τοὺς ἡμίσεις αὐτῶν ἐν Κεγχρειᾷ 4, 42, 4. λόχος δέ τις τῶν Κορινθίων ἐπιβοήσας τῷ εὐωνύμῳ κέρᾳ ἑαυτῶν 4, 43, 3. 5, 15, 1. 5, 22, 1.



Schulnachrichten.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

Prima.

Ordinarius von Ober-Prima: Herr Professor Dr. Saage,
von Unter-Prima: Herr Professor Dr. Otto.

A. **Sprachen:** 1) Deutsch. Ober-Prima: Partieen aus der Literaturgeschichte des achtzehnten Jahrhunderts. Monatliche Aufsätze mit Uebungen im Disponiren. Abschnitte aus der Rhetorik und der Stilistik. 3 St. Otto. Unter-Prima: Literaturgeschichte von Anfang bis zum Jahre 1770. Das Niebelungenlied gelesen und erörtert. Monatliche Aufsätze. Einzelnheiten aus der philosophischen Propädeutik. 3 St. Oberlehrer Dr. Funge. 2) Latein. Ober-Prima: Hor. carm. lib. I. und II. Unter-Prima: Hor. carm. lib. III. und IV. Nach Ostern combinirt Hor. ep. I, 1. sat. I, 1. Erklärung in lateinischer Sprache. Die meisten Oden wurden memorirt. 2 St. Funge. Ober-Prima: Tac. Germ. und Agricola; Cic. Tusc. lib. I. Stilistik, Grammatik. Einzelnes aus den Antiquitäten. Kurzer Abriß der Geschichte der alten Philosophie. Extemporalien. Wöchentlich ein Pensum, monatlich ein Aufsatz. 6 St. Der Direktor. Unter-Prima: Cic. Philipp. lib. I. II. Sall. bell. Catil. Abschnitte aus der Grammatik und Stilistik. Extemporalien und wöchentliche Exercitien. Monatliche Aufsätze. Privatim: Liv. lib. XXI. XXII., Caes. bell. Gall. IV. 6 St. Otto. 3) Griechisch. Plat. Phaedon., Soph. Oed. Col., Hom. Il. I—VII. incl. Wiederholungen aus der Grammatik. Extemporalien, alle 14 Tage ein Exercitium. 6 St. Saage. 4) Französisch. Moliere Avare. Grammatische Wiederholungen nach Funge's Lehrbuch. Extemporalien. 2 St. Funge. 5) Hebräisch. Richt. I—XI.; mehrere Psalmen. Syntax und Wiederholungen der Formenlehre nach Vosen. 2 St. Herr Religionslehrer Austen. 6) Polnisch. Grammatik nach Poplinski: das Verbum. Uebersetzung aus Polsfus, Seite 25—40. Schriftliche Uebungen nach Diktaten. 2 St. Herr Gymnasiallehrer Brandenburg.

B. **Wissenschaften:** 1) Religionslehre. Kirchengeschichte bis auf Constantin d. Gr. und von Gregor VII. bis zur Reformation. Uebersetzung und Erklärung des Briefes des h. Jakobus und der Briefe des h. Petrus. Wiederholungen aus der Glaubenslehre. 2 St. Austen. — Für die evangelischen Schüler: Brief an die Römer von c. XII. an und Brief Jacobi. Neuere Kirchengeschichte.

Uebersicht der Glaubenslehre. 2 St. Herr Pfarrer Dr. Herrmann. 2) Mathematik. Ober-Prima: Wiederholungen, Kombinationslehre, binomischer Lehrsatz, arithmetische Reihen höherer Ordnung. Stereometrie. Außer den bei Gelegenheit der vorgetragenen Abschnitte sich ergebenden Aufgaben wurden den Schülern schwierigere zur häuslichen Lösung gestellt und diese vom Lehrer korrigirt. In der Mathematik und Physik wurde der Vortrag in allen Klassen an die entsprechenden Handbücher von Koppe angeschlossen. 4 St. Herr Oberlehrer Tietz. Unter-Prima: Wiederholung des Pensums der Ober-Secunda. Kettenbrüche und deren Anwendung zur Lösung unbestimmter Gleichungen des ersten Grades und zur Berechnung irrationaler Quadratwurzeln-Ergänzungen und Erweiterungen der Planimetrie. Trigonometrie. Schriftliche Arbeiten wie bei Ober-Prima. 4 St. Tietz. 3) Geschichte und Geographie. Mittelalter. Wiederholungen aus den übrigen Theilen der Geschichte und aus der Geographie nach Pütz und Bender. 3 St. Herr Oberlehrer Dr. Bender. 4) Physik. Mechanik der festen, tropfbarflüssigen und luftförmigen Körper. 2 St. Tietz.

Secunda.

Ordinarius von Ober-Secunda: Herr Oberlehrer Lindenblatt,
von Unter-Secunda: Der Direktor.

A. **Sprachen:** 1) Deutsch. Ober-Secunda: Das Formelle in der Poesie und die Theorie der Dichtungsarten. Memoriren. Deklamiren. Uebungen im freien mündlichen Vortrage. Besprechung der monatlichen schriftlichen Aufsätze. 2 St. Bender. Unter-Secunda: Grundzüge der Poetik. Uebungen im mündlichen freien Vortrage. Memoriren und Deklamiren von Gedichten. Monatlich ein Aufsatz. 2 St. Vor Ostern Herr Kandidat Dr. Bornowski, nach Ostern Herr wissenschaftlicher Hülfslehrer Schütze. 2) Latein. Ober-Secunda: Liv. lib. III., Cic. pro rege Dejotaro, pro Archia poeta und pro Roscio Amerino. Grammatik nach Schultz: Particip, Gerundium, Supinum, Wortstellung. Wiederholungen. Wöchentlich ein Exercitium. Extemporalien. Süphle 59—83 und 117—159. 2 Aufsätze. 8 St. Herr Oberlehrer Lindenblatt. Virgil. Aen. lib. VII. VIII., 2 Eclog. Einige metrische Uebungen. 2 St. Otto. Unter-Secunda: Die vier catilinarischen Reden von Cicero. Liv. lib. XXI. Grammatik nach Schultz vom Anfange der Syntax des Verbums ab. Wöchentliche Exercitien und Extemporalien. Uebungen aus Süpfle. 8 St. Der Direktor. Virgil mit Ober-Secunda combinirt. 3) Griechisch. Ober-Secunda: Plutarch die beiden Gracchen. Xen. Anab. I. und II. cursorisch. Herod. lib. VII. zum Theil. Hom. Odyss. XII—XVI. incl. Grammatik nach Buttmann: Syntax. Alle 14 Tage ein Exercitium. 4 St. Saage. Unter-Secunda: Xen. Cyrop. II. Grammatik nach Buttmann. Wiederholungen und Ergänzungen. Hauptregeln der Syntax. Alle 14 Tage ein Exercitium. 4 St. Saage. Hom. Odyss. I. II. 2 St. Otto. 4) Französisch. Salvandy, Sobiecki ed. Göbel. Grammatik nach Fuuge's Lehrbuch §. 68—83. Schriftliche Uebungen. 2 St. Fuuge. 5) Hebräisch. Die Formenlehre und Uebungen im Analysiren und Uebersetzen nach Vosen. 2 St. Austen. 6) Polnisch. Grammatik nach Poplinski; das Nomen. Uebersetzung aus Polsfus, und zwar in Ober-Secunda 12—25, in Unter-Secunda 1—12. 2 St. Brandenburg.

B. **Wissenschaften:** 1) Religion. Sittenlehre nach Eichhorn. 2 St. Austen. — Für die evangelischen Schüler: Lektüre des Evang. Johannes im Grundtexte bis c. X. Wiederholung der alten, Durchnahme der mittleren Kirchengeschichte. 2 St. Herrmann. 2) Mathematik. Ober-

Secunda: Wiederholung der quadratischen Gleichungen und der Lehre von den Potenzen. Logarithmen, Zinseszinsrechnung, arithm. und geometr. Reihen, Rentenrechnung. Gleichung der Figuren, Aehnlichkeit, Ausmessung der geradlinigen Figuren und des Kreises. Trigonometrie bis zur Berechnung des rechtwinkligen und gleichschenkligen Dreiecks einschließlich. Schriftliche Arbeiten wie bei Ober-Prima. 4 St. Tietz. Unter-Secunda: Die Gleichungen des ersten und zweiten Grades mit einer und mit mehreren Unbekannten, Proportionen und die darauf beruhenden Rechnungen. Die Lehre vom Kreise, von der Gleichheit und der Aehnlichkeit der Figuren. Schriftliche Arbeiten wie bei Ober-Prima. 4 St. Tietz. 3) Geschichte und Geographie. Einleitung in die Geschichte, Orientalen, Griechen, Macedonier; Wiederholungen. Geographie der außereuropäischen Erdtheile nach Pütz und Bender. 3 St. Bender. 4) Physik. Wärme und Magnetismus. 1 St. Tietz.

Ober-Tertia.

Ordinarius: Herr Oberlehrer Dr. Funge.

A. **Sprachen:** 1) Deutsch. Erklärung poetischer und prosaischer Stücke aus Otto's Lesebuch mit besonderer Berücksichtigung der Formen- und Satzlehre. Deklamationsübungen. Aufsätze. 2 St. Dr. Bornowski, nach Ostern Funge. 2) Latein. Caes. bell. civ. I. II. Grammatik nach Schultz kleiner lateinischer Sprachlehre bis zu Ende. Wöchentliche Exercitien und Extemporalien. Uebungen aus Hottenrott. 8 St. Funge. Ovid. Trist. lib. I. II. 2 St. Otto. 3) Griechisch. Xen. Anab. II. III. Hom. Odyss. I. Memorirt wurden 50 Verse. Grammatik: Wiederholungen. Unregelmäßige Verba, Uebungen aus Holm. Ein Exercitium wöchentlich. 6 St. Lindenblatt. 4) Französisch. Aus Funge's Lehrbuch die Erzählungen bis zu Ende. Grammatik bis §. 68. Wöchentlich eine schriftliche Uebung. 3 St. Funge.

